¶ Diſtinctio triceſimaprima.

PReterea con
ſiderari oportet. Poſtq̄ mgr̄ ſu
pius determinauit de diuinarū
pſonarꝫ ꝓprietatibꝫ ꝓprie ꝓprijs . hic incipit
determinare de cōibus appropriatis. Et di/
uidit̃ in duas ptes. Qꝛ pmo tractat de ꝯmu
niū pfectionū appropriatione. Secūdo de ꝓ
priorum ⁊ ꝯmuniū ad inuicē compatiōe. di/
ſtinctione. xxxij. ibi. Hic oritur q̄ſtio. Pria
in duas. Nā pmo mouet quaſdā dubitatio
nes. quarꝫ ſolutōes valent ad habendū in di
uinis aliquas appropriatōes. Secūdo exe/
quit̃ tales appropriationes. ibi. Nō eſt pter/
mittendū. Prima in tres. Quia pmo de eq̄li
tate mouet tres dubitatōes. Scd̄o immedi
ate applicat earꝫ ſolutōes. Et tercio oſtēdit ſi
miles poſſe fieri dubitatōes ⁊ dari reſponſio
nes de ſil'itudine ſicut de equalitate. Secūda
ibi. Ad qd̄ dicimus. Tercia ibi. Hoc idē di/
cimus de ſimili. ¶ Tūc ſequit̃ illa ps. Nō ē
ptermittendū. Et diuidit̃ in duas ptes. Nā
primo exequit̃ iſtas diuinas appropriatōes
ſm ſniam hilarij. Scd̄o iuxta ſniam Aug̃.
ibi. Illud etiā ſciri oportet. Prima in duas.
qꝛ pmo ſm hilariuꝫ tangit appropriationē.
Scd̄o dictorꝫ hilarij innuit explanatōꝫ. ibi
Nō eñ ſm pmiſſa ⁊c. ¶ Sequit̃ illa ps. Il
lud etiam ſciri oportet. In qua Auguſt. pa/
tri appropriat vnitatē. filio equalitatē. ſpūiſā
cto vnitatis ⁊ equalitatis ꝯcordiam. Et di/
uidit̃ in duas ptes. Nam primo mgr̄ hmōi
appropriationē ponit. Secūdo mēbra iſtiꝰ
appropriatiōis exponit. ibi. Sed plurimos
mouet. Et hec diuidit̃ in tres ptes. Nā pri/
mo determiāt quare patri appropriat̃ vnitas
Secūdo quare filio equalitas. Et tercio q̄re
ſpūiſācto ꝯcordia ſeu trāquillitas. Secūda
ibi. Nūc videamus. Tercia ibi. Q, autē in
ſpūſancto. Prima adhuc diuidit̃ ī tres ptes
Nā primo oñdit quō vnitas patri approp̄at̃
Scd̄o quō quelibet diuina pſona cuilibꝫ di
uine pſone eētialiter idētificat̃. Tercio oſtē/
dit qualiter ex his tā Arrij q̄ſ ſabellij falſitas
ꝯfutat̃. Scd̄a ibi. Hic dici optet. Secunda
ibi. In q̄ arriana. ¶ Circa iſtā diſt. xxxi. que
ro hanc queſtionē.

VTrū eq̄litas ī diuis ſit relatio realis
Et videt̃ ꝙ ſic. qꝛ vbicūqꝫ inuenitur
eq̄lis virtutis magnitudo ibi inueni
tur vera ⁊ realis equalitas. qꝛ eq̄litas ē realis
ꝓprietas magnitudis q̄ntitatiue. ſꝫ ī diuiſ p
ſonis ē equalis virtutis magnitudo. qꝛ q̄zuis
nō q̄ntitate molis deus ſit magnus. eñ rea/
liter magnus quātitate pfectōis ⁊ virtut; ea/
dem exñte ī tribus pſonis. igit̃ ī diuis ē equa
litas que eſt realis relatio. ¶ Contra. ſancti
nō ponūt in diuinis niſi quattuor relatōnes
reales. ſ. paternitatē. filiationē. ſpirationē acti
uā ⁊ ſpirationē paſſiuā. quarꝫ nulla eſt equa/
litas. ¶ Hic quattuor ſunt vidēda. ¶ Pri/
mo videndū eſt. vtrꝫ equalitas in creatur; ſit
relatio realis. ¶ Scd̄o vtrum in diuis ſit re
latio realis. ¶ Tercio dato ꝙ nō. vtrum ī di
uinis equalitas ſit relatio rationis. ¶ Et q̄r
to grā pdictorꝫ videbunt̃ aliqua de relatione
idētitatis.

## Quantū ad primū

Artic'ls 1

vtrum equalitas in creaturis ſit relatio real'.
primo ponam vnā cōcluſionē ſatis ꝯmuneꝫ
quā credo eſſe verā. Scd̄o adducā vnū mo/
tiuū ꝯtrarie opinionis ⁊ reſpōdebo ad ipſum
¶ Cōcluſio ē hec. ꝙ eq̄litas in creaturis dicit Cōcl'o
relationē realē. Quia illa relatio ē realis que 1
ſm ſuū eſſe formale a nullo intellectu depen/
det. ſed equalitas creaturarū eſt hmōi. Ma/
ior eſt nota. probo minorē. quia ſi nullus eēt
intellectus. adhuc due linee bipedales eſſent
equales. ⁊ bipedalis ⁊ tripedalis eſſent ineq̄/
les. ¶ P. illud quod eſt de reali vniuerſi per/ 2
fectione eſt aliquid reale. equalitas ⁊ inequa
litas. ſimilitudo ⁊ diſſimilitudo ſunt hmōi.
qꝛ ordo ī quo conſiſtit pfectio vniuerſi neceſ
ſario req̄rit eq̄litatē ⁊ ineq̄litatē. ſil'itudinē et
diſſil'itudinē rerꝫ. ¶ P. ſm ꝯmē. v. meth. hec 3
ē cā q̄re aliqua referunt̃ realiter. qꝛ in aliquo/
rū relatiuorꝫ ſubiectis aliq̄d reale ponit̃ ꝓpter
quod referri dicunt̃. vt ī ſubiecto dupli ⁊ di/
midij ponit̃ quātitas. ſed ī creaturis ī ſbiecto
equaliū ponit̃ realis quātitas in vtroqꝫ extre
morꝫ. g̃ ⁊c. ¶ Sed quidā oppoſitū iſtius ar Durādus
guit ſic. Relationes modo vnius tales ſunt
quale eſt illud vnū ſup quo fundat̃. ſed vnū
ſup quo fundat̃ equalitas ī creaturis ē ſoluꝫ
vnū ſm rationē. g̃ equalitas fūdata ſuper eo
erit ſolū relatio ſm rōem. Maiorē pſuppo/
nit. minorē ꝓbat. qꝛ due quātitates ī duabuſ
rebus equalibus exñtes in quibus conſiſtit
equalitas nō ſunt vnū niſi ſm rationē. cū ſint
diſtincte realiter ⁊ ſubiectiue. ¶ Sed illud Solutio.
modicū obſtat pdictis. qꝛ equalitas nō eſt ꝓ
prietas vnius. ſed eſt ꝓprietas quantitatis.

cū ꝓprium ſit quātitatis ſm eam equale vel
inequale dici. igit̄ talis vnitas ſm ratione͂ nō
impedit realitate͂ equalitatis. dūmodo ſint re
ales quātitates in quibus vt cōmenſurate ſe
habent ad inuicem ſine aliquo exceſſu funda
tur equalitas. vt aūt vna excedit aliā fundat̄
in eis inequalitas.

Articl's 2 **Quātum ad ſecun**
dū ꝑncipale. vtrum equalitas in diuīs ſit re/
latio realis. ſunt ſolēnes opiniōes ad vtranqꝫ
pte͂ ꝯdictionis. ¶ Primo igit̄ ponā vnā cō/
cluſione͂ quā in hac materia eſtimo magis ve
rā. ¶ Scdo adducā oppoſitā opinione͂ cuꝫ
ſuis motiuis ꝯtra eaꝫ. ¶ Et tercio rn̄debo ad
Cōcl'o ea. ¶ Dico igit̄ pmo ꝙ eq̄litas i diuis non e͂
relatio realis. Quia ſicut dicit doctor nr̄ in p
mo ſuo ſcpto diſt. xxxi. q. i. ꝙ ſicut cū relatiua
mō potētie coincidūt cum relatiuis mō men
ſure. ide͂ iudiciū habendū eſt de vtriſqꝫ. ſic cū
ſilitudo ⁊ eq̄litas coincidūt cū idētitate eode͂
mō iudicabit̄ de vtriſqꝫ. ſed in diuinis coinci
dūt. ḡ eq̄litas in diuinis erit relatio ratiōis ſi
Inſtantia cut ipſa identitas. ¶ Et ſi dicit̄ quare ḡ poti
us trahit idētitas ſimilitudine͂ ⁊ equalitateꝫ
ad ſuum modū. ſ. ad eſſe relatione͂ rōis qꝫ ecō
Solutio uerſo ¶ Reſpōdet doctor nr̄ dicēs. ꝙ ſicut ſe
habet fundamentū ſil'itudis ⁊ eq̄litat' ad fū
damētū idētitatis. ſic ſilitudo ⁊ eq̄litas ſe ha
bēt ad idētitate͂. Sed i diuis fūdamentū ſil'i
tudis ⁊ eq̄litatis trāſit i fundamentū idētita
tis ⁊ nō ecōuerſo. ḡ equalitas et ſimilitudo i
diuinis non erunt relationes reales ſicut nec
Alex. Au ipſa idētitas. ¶ Sed ꝯ iſta dicta doctoris q̄
guſtin. q. q̄ dā ſic ꝓcedit. Primo em̄ impugnat modum
l3. q. q. ꝯ hūc quo doctor nr̄ declarat ꝯcluſiōꝫ. Scdo
Egidium arguit ꝯ ipſaꝫ ꝯcluſione͂. ¶ Nā cū doctor di
cit relatione͂ eq̄litatis ⁊ ſil'itudis trāſire i iden
titatem. iſte diſtiguit de idētitate. Naꝫ idēti/
1 tas accipitur vel vt quelibet pſona. ac etiam
ipſa diuina eēntia eſt eade͂ ſibiipſi. ⁊ ſic nō vi
detur dubium quin idētitas ſit relatio ſm ra
tione͂. ſed iſto modo equalitas et ſimilitudo
non tranſeunt in identitate͂. qꝛ nec pſona ali/
qua eſt ſimilis ſibiipſi. nec eſſentia eſt equa/
lis ſibiipſi. Alio modo poteſt accipi iden/
titas prout in eſſentia diuina vna perſona eſt
eadem alteri pſone. ⁊ ſic ſimilitudo et equali/
tas tranſire poſſunt in modū identitatis. ſed
vtrum talis identitas ſit relatio ſm rationeꝫ
nō eſt minus dubium qꝫ vtrum ſimilitudo
2 ⁊ equalitas ſint relationes ſm ratione͂ ¶ Cō
tra ꝯcluſione͂ aūt arguit ſic. Quia oppoſite re
latōes origis fūdant̄ i vna eēntia diuina. que
tn̄ ſunt relatiōes reales ⁊ realiter diſtītes. non
obſtāte eēntie vnitate. ḡ relatōnes cōes ſicut
ſunt ſimilitudo ⁊ equalitas ſunt relatiōes re
ales. non obſtante ꝙ fundantur ſup vna ma/
gnitudine vel ſup vna ſapiētia aut bonitate.
¶ Sed ꝯtra eande͂ ꝯcluſione͂ arguūt quidā Aliq̄ ad id.
aliq ſic. Illud quod eſt in filio ex vi ꝓductio 3
nis qua a patre ꝓducit̄ neceſſario eſt reale. qꝛ
nullum ens rationis ſibi ineſt ex vi ſue ꝓdu/
ctionis. Sed equalitas ineſt ſibi ex vi ſue ꝓ
ductionis. quia Auguſt. cōtra Maximinū
libro. iij. ca. xviij. ait. ꝙ in diuinis pater non
e͂ maior filio. quia equale͂ ſibi genuit. ¶ P. ſi 4
cut ſe habet magnitudo dimenſiua ad equali
tatem in creaturis. ſic ſe habet magnitudo p
fectionis ad equalitate͂ i diuis. Sed magni
tudo pma fundat equalitate͂ que e͂ relatio rea
lis. cū eq̄litas ſit ꝓprietas quantitatis. ergo
⁊ ſcda fundabit reale͂ eq̄litatem. ¶ P. ſi illud 5
qd̄ minus videt̄ ineſſe ineſt. ⁊ illud qd̄ mag'.
ſed min' videt̄ ꝙ pr̄nitas ⁊ filiatio ſint relatio
nes reales ſtāte reali idētitate fundamenti qꝫ
eq̄litas. qꝛ paternitas ⁊ filiatio nō ſint relati
ones ſimiliū noim ⁊ eq̄pantie. nā paternitas
eſt relatio ſuperpoſitionis. ⁊ filiatio ſuppoſiti
onis. ⁊ p ꝯſequens maiore͂ vident̄ requirere i
fundamēto diſtinctione͂. vel ſalte͂ nō minore͂
ad hoc ꝙ ſint relationes reales qꝫ equalitas
⁊ cetere relationes ſimilium nominū ⁊ equi/
parantie. ¶ P. ſm Anſelmū monologiō. xv 6
omnis pfectio ſimpliciter eſt in deo naturalr̄.
et p ꝯſeq̄ns realiter. ſed equalitas eſt pfectio
ſimplr̄. qꝛ Aug. de quātitate aīe. ca. vij. dicit.
Inequalitati eq̄litate͂ iure preponis. nec quiſ
qꝫ omino eſt vt opinor humano ſenſu predi/
tus cui illud nō videat̄. ¶ Sed illa nō con Cōtra ea
cludūt. Quia illa nō eſt realis relatio cui' eſſe 1
ꝯpletū dependet ab intellectu. ſed equalitas i
diuinis eſt hmōi. quia pater nō poteſt ꝯcipi
equalis filio niſi eadem magnitudo diuina
bis accipiat̄ p intellectum. puta ſemel in pr̄e
⁊ ſemel in filio ¶ P. Inter eadem extrema ſu 2
per eode͂ fundamēto nō pn̄t fundari pl'es op
poſitiones realium relationū. ſed inter patre͂
⁊ filium ſup eodem fundamento fundat̄ pa/
ternitas ex parte patris. ⁊ filiatio ex parte filij
ergo nulla alia relatio fundata inter ea pote/
rit eſſe realis. ¶ P. hec eſt differētia inter rela 3
tiones modo potentie ⁊ modo vnius ſiue mo
do numeri. ꝙ relationibus modo potētie fun
damenta nō referunt̄. nec relationibus quaſ

fundāt formaliter denominant̄. ſed ſolū ipſa
ſuppoſita. potētia em̄ generatiua ſortis nō eſt
pater. ſed ipſe ſortes eſt pater. ſed relationib⁹
modo vnius ſiue mō numeri etiam ipſa fun
damenta ꝓprie referunt̄. ⁊ hmōi relatiōibus
formaliter denominant̄. Non em̄ ſolū duo
alba ſunt ſimilia. ſed etiam due albedies ſunt
ſimiles. nec ſolū duo lapides ſunt equales. ſʒ
etiā ipſe qntitates ſunt eqles. Cū igit̄ in diui
nis nō ſint plures magnitudines q̄ relatōne
eqlitatis ad inuicē referant̄. ſequit̄ ꝙ ſuppoſi
toꝝ relatio mō eqlitatis fūdata ſup vna ⁊ ea
dē ꝟtutis magnitudine non poſſit eſſe realis
q: ſi eſſet realis etiaʒ ipſa fundamenta ad in
uicē realiter referrent̄ quod eſt impoſſibile. cū
Solutio vnū tm̄ ſit fundamentū. ergo ⁊c. ¶ Ad primū
Ad 1 igit̄ dōm. ꝙ qualitercūqʒ accipiat̄ idētitas dū
mō ſit realis idētitas. ſemp oportet ꝙ relatio
extremoꝝ ſit relatio ſm rationē. q: ī tali relati
one ſemp vtit̄ itellectus vno ꝓ duob⁹. al's nō
eſſet realis identitas. ꝙ ſi tibi de hoc eſt du/
biū. nobis autem de hoc nō eſt dubiū. q̄uis
em̄ pr̄ ⁊ fili⁹ ſm habitudinē origīs duo ſint
⁊ relatōibus originis realiter ad inuicem re/
ferant̄. tamē vt idē ſunt diuine eſſentie nō ſūt
duo ſed vnū tm̄ idētitate ſeu entitate abſolu/
ta diuīe eſſentie. ideo relatio que vt ſic eis cō
petit non ē magis realis q̄ʒ ea qua eſſentia ad
Ad 2 ſeipſam dicit̄ eadem. ¶ Ad ſecunduʒ dicen/
dum ꝙ etiam ſuppoſito ꝙ reales relatōes op
poſite nō requirant ſemp diſtincta fundamē
ta. eo ꝙ ſaltem in diuinis poſſunt fundari in
eodem fundamēto remoto. tamē omnis rea/
lis relatio requirit ſuoꝝ extremoꝝ vt extrema
ſunt hmōi relationis realeʒ diſtinctionē. ſed
q̄uis pater vt pater eſt. ⁊ filius vt filius ſint
extrema relationū originis. nō tm̄ equalitat̄.
q: extrema equalitatis vt extrema ſunt. opor
tet ꝙ quāta ſint. Nūc autē ita eſt ꝙ pater ⁊ fi
lius vt quāti aut magni ſunt diſtincti eē non
poſſunt. cum eadem virtute magni ſint. ſed
vt pater ⁊ filius ſunt. diſticti ſunt realiter. er/
go q̄uis relationes originis ſint reales. q: ea
rū extrema vt extrema ſunt hmōi relationuʒ
realiter diſtincta ſunt. relatiōes tm̄ eqlitatis ⁊
ſilitudis in diuinis reales eſſe nō pn̄t. q: eaꝝ
extrema vt extrema equalitat̄ aut ſilitudinis
Ad 3 ſūt diſticta real'r eſſe nō pn̄t. ergo ⁊c. ¶ Ad terci
um dicēdū ꝙ maior poſſet negari. q: etiā ꝙ fi
lius ſit idē ſibiipſi in eſt ſibi ꝟtute ſue produ
ctōis. ⁊ tamē illa idētitas vt relatio eſt ſm ra
tionē eſt. Dico tamē ad minorē ꝙ equalitas
quo ad ſuū fundamētū ꝑ generationē cōicat̄

filio. nō aūt inq̄ʒtum eſt relatio. q: vt ſic eadē
magnitudo bis accipit̄. qđ neceſſario fit ab
aliquo intellectu ¶ Ad quartū dicēdū ꝙ nō Ad 4
eſt ſimile. q: magnitudines dimēſiue vt fun
dāt eqlitatē in creaturis ſunt realiter diſticte
⁊ ꝑ ꝯn̄s extrema illius equalitat̄ vt extrema
ſunt realiter diſtincta ſūt. in diuinis autē to/
tum oppoſitū eſt. vt iam patuit. ¶ Ad quin Ad 5
tū nego minorē. Ad probationē dico ꝙ q̄uiſ
ī diuīs pr̄nitas ⁊ filiatio in fundamēto ſalteʒ
remoto non requirant diſtinctionē. extrema
tamen ſua vt extrema ſunt realiter ſunt diſti
cta. ⁊ ꝑ ꝯſequens nō videt̄ minus ꝙ ſint rea/
les relatiōes q̄ʒ relationes ſimiliū nōim. quo
rum extrema vt extrema ſunt realiter diſticta
in diuinis nō ſunt. ¶ Ad ſextū nego minorē Ad 6
quia nulla relatio eſt perfectio ſimpliciter. al's
em̄ aliqua ꝑfectio ſimpliciter eſſet in vna per/
ſona diuina que non eſſet in alia. Ad ꝓbatio
nē dico ꝙ equale cū ſit relatiuū non dicit ſo/
lam equalitatē. ſed implicat fūdamētū ratōe
cui⁹ pōt dicere ꝑfectionē. ⁊ poteſt eē ꝑfectius
inequali.

## Quantū ad terciū Artic'ls 3

ꝑncipale. vtꝝ equalitas ī diuīs ſit relatio rō/
nis. pʒ ꝯcluſio ex iā dict̄. Quia cū equalitas 1
ſm ſuā ꝓpriā rationē ſit ad aliq̄d. nā equale ē
equali equale. ergo equalitas erit relatio aut
ſm rē. aut ſm rationē. ſed oñſum ē ī ſcđo ꝑn/
cipali ꝙ eqlitas ī diuīs nō eſt relatio realis. ergo
ſaltē erit ibi relatio rōis. ſuppoſito ꝙ ī diuīs
ſit eqlitas. iuxta illud Athanaſij. Eqlis pr̄i
ſm diuītatē. Et idē dicit ꝙ tote tres ꝑſone co
eterne ſibi ſunt ⁊ coequales. ¶ P. relationes 2
oppoſite exiſtētes ī vno ⁊ īmediato ſbiecto ſūt
ſm rōem tm̄. q: ſi eſſent reales. cum oīs rea
lis oppoſitio includat ꝯdictionē. ſeq̄ret̄ ꝙ ꝯ/
dictoria ſimul verificarent̄ de eodē. Propter
qđ ſemp forme oppoſite quocūqʒ genere op/
poſitionis penes idē primū ⁊ immediatū ſub
iectū mutuo ſe excludūt. Sʒ equalitas dicit
oppoſitionē relatiuā qua eqle eqli opponit̄.
⁊ ī diuīs ei rn̄det ꝓ imediato ⁊ ꝑmo ſubiecto
ipſa diuīa magnitudo q̄ vna eſt et indiuiſa.
ergo equalitas nō erit ī diuīs relatio real'. ¶ For Inſtantia
te dicetur ꝙ maior nō eſt vera. quia paterni/
tas ⁊ filiatio diuina non minus reſpiciunt eſ
ſentiam diuinā vt primū ⁊ immediatuʒ ſub
iectum q̄ʒ magnitudinem diuinam reſpiciat
ipſa equalitas. ⁊ tamen paternitas et filiatio
ſunt relationes reales. ¶ Rn̄deo ꝙ inſtātia Solutio

falſum aſſumit. q2 ſi prñ itas vel aliq̄ alia re/
latio originis reſpiceret diuinaꝫ eēntiam tan
q̄ʒ primū ꝛ imediatū ſubiectū. tunc denomia
ret diuinam eſſentiam. vel ſaltem denomina/
ret ſuppoſitum cum reduplicatione concreti
ipſius deitatis. puta vel deitas eſſet pater. nō
ſolum idētice ſed etiaꝫ formaliter. vel tale ſup
poſitum inq̄ʒtum deus eſſet pater. quoꝝ neu
trum eſt verum. quia ad primū ſequeret̄ ꝙ di
uina eſſentia generaret. quod eſt reprobatuꝫ
ſupius. Ad ſcōm ſequeret̄ ꝙ ſpūſſcūs gene
raret. q2 q̄cq̄d ꝯuenit diuino ſuppoſito inq̄ʒ/
tū deus ē. hoc ꝯuenit oībus tribus indr̄nter.
Uñ q2 eq̄litas ꝛ ineq̄litas reſpiciunt magni
tudinē tāq̄ʒ ſubiectū pmū ꝛ imediatuꝫ. iō vel
ipſe magnitudines erunt eq̄les vel ineq̄les ſi
diſtīcte ſūt. vel ſaltē ipſa ſuppoſita erūt eq̄lia
3 inq̄ʒtū eadē magnitudine magna ſūt. P. ſi
equalitates in diuinis ꝛ ſimilitudines eſſent
relationes reales. tunc infinite relationes rea
les eſſent in diuinis. quia ſm quodlibet attri
butum diuinū attendendo modū infinitat̄
ſine quā trahit a diuina eēntia pſone dicūtur
eq̄les. Etiā ſm pfectōꝫ cuiuſlibet attributi p
ſone diuine ſunt ſimiles. Cum igit̄ talia attri
buta ſint infinita. ideo ꝛc̄.

Articl's 4

Quātuꝫ ad quartū
principale dico ꝙ idētitas ſm ꝙ de ea loqui/
1 tur phus. v. metaph. puta ſm quam aliquid
eſt idem ſibiipſi. eſt relatio ſm ratione. Quia
ſm ꝙ aliq̄d ſe habet ad aliud. ſic aliquo mo/
do participat ratione relationis. cū ꝑpria ra
tio relationis ſit ad aliud eſſe. ſed idem com/
patum ad ſeipm nō eſt ad aliud niſi ſm rati
onē. igit̄ idētitas hmōi eſt relatio ſm rationē
2 P. relatio realis req̄rit extrema realiter di/
ſtincta. ſed idem nō poteſt eſſe realiter diſtin
3 ctum a ſeipſo. P. relatio dependens ab in/
tellectu eſt relatio rationis. ſed idētitatis rela
tio eſt hmōi. quia ſm phm. v. metaph. cū idē
refert̄ ad ſeipſum. intellectus vtit̄ vno vt du
Cōtra h obus. Contra tamen hanc veritatem qui
dam arguunt ſic. Diuerſitas ē relatio realis.
igit̄ idētitas eſt relatio realis. ꝯſequētia patꝫ.
q2 oppoſita ſunt ſub eodē genere. vt patꝫ. iiij.
metaph. Idē autē ꝛ diuerſum ſunt oppoſita
vt pꝫ. x. metaph. Sed ens rationis ꝛ ens re
Solutio ale nō ſunt ſub eodem genere. ergo ꝛc̄. Ad
illud breuiter reſpondeo ꝙ duplex eſt identi
tas. Quedam abſoluta. ꝛ iſta eſt idem quod
rei vnitas. ꝛ opponit̄ diuiſioni. ꝛ p ꝯſequens

diuerſitati nō relatiue ſed ꝑuatiue. ꝛ iſta idē/
titas nō eſt determinati generis ſed trāſcēdē/
tis. quia in omni genere repitur. ſicut etiā ipa
diuerſitas. Alia ē idētitas relatiua. puta qua
idē relatiue reſpicit ſeipꝫ. ꝛ illa nō opponitur
diuerſitati relatiue. quia relatiue diuerſū op
ponit̄ diuerſo. ꝛ idem opponit̄ eidem cū ſint
relationes ſimiliū nominū. Forte dicet ad Inſtantia
uerſarius ꝙ q̄ʒuis idem ꝛ diuerſum vt relati
ua ſunt non opponātur relatiue ſaltem oppo
nūtur priuatiue. ꝛ p conſeq̄nēs erunt in eodē
genere. quia priuatio ptinet cū habitu ad idē
genus. Reſpondeo ꝙ vt relationes ſunt ñ Solutio.
opponunt̄ priuatiue niſi ratione ſuoꝝ funda
mentoꝝ. Dato tñ ꝙ ſint in eodem genere. ad/
huc tñ nō ſequitur ſupradicta ꝯſequētia. pu/
ta ſi relatio diuerſitatis eſt realis. ꝙ idētitas
ſit relatio realis. quia hoc eſt ꝑpriū ipſius re
lationis ꝙ ipſa ſm ꝑpriam ꝛ pfectam ratōeꝫ
ſui generis eſt cōmunis rei ꝛ rationi. hoc ē re
alibus relationibus. ꝛ ſm rationē ſolummō
ad aliud ſe habentibus. al's nulla relatio ſm
eſſe poſſet eſſe relatio ſm rationē. cū omnis re
latio ſm eſſe ſit in pdicamento relationis. qd̄
eſt falſum. vt apparet de relatione dñi ad ſer/
uū. Ad argumentū pncipale dicendū ꝙ Ad pnci/
q̄ʒuis magnitudo realis ſit in diuis. loquen pale argu
do de magnitudine virtutis ꝛ pfectōis. eq̄li/ mentum.
tas tamē nō eſt relatio realis. eo ꝙ ratione idē
titatis illius magnitudinis extrema illius re
lationis vt extrema ſunt. nō ſunt realiter di/
ſtincta. vt patuit ſupius.

Diſtinctio triceſimaſecunda.

Hicoritur que
ſtio. Poſtq̄ʒ mgr̄ aſſignauit ī di
uinis quorūdā cōiuꝫ approꝑa/
tōes. hic circa pdicta mouet q̄ſdā dubitatōe
Et diuidit̄ ī tres ptes. Quia pmo mouet q̄ō
nē circa appropriatū ſpūſſcti. Scđo circa ap
propatū filij. Tercio p modū q̄ōnis vnū iſto
rū appropriatoꝝ ꝯpat alteri. Scđa ibi. Pre
terea diligēter iueſtigari. Tercia ibi. Preterea
diligēter notādū. Prima ī duas. Nā primo
mouet hanc queſtionē. vtꝝ pr̄ vel filius dili
gat ſpūſancto. Secūdo ponit ſuam reſponſi
onē affirmatiuā ptē tenēdo. ibi. Huic queſti
oni. Tūc ſequit̄ illa ps. Preterea diligen/
ter inueſtigari. Et diuidit̄ in quattuor ptes.
ſm ꝙ circa appropatū filij. iiij. mouet q̄ōnes
Quarū pma eſt. an pater ſit ſapiens ſapiētia

genita. Scḋa an filius ſit ſapiēs ſapīa geni/
ta vel ingenita. Tercia an fili⁹ ſit ſapiēs ſeipo
Quarta vtꝝ vna tm̄ i diuis ſit ſapia. Secū/
da ps incipit ibi. Poſt hec autē queri ſolet
Tercia ibi. Queri autem ſolet. Quarta ibi.
poſt hec autem queri ſolet vtꝝ. Quelibet iſta
rū pōt diuidi in duas ptes. ſm quod magi/
ſter primo queſtionē mouet. ſecūdo ad que/
ſtionē reſpondet. Et partes patēt. ¶ Sed il
la ps. Preterea diligēter notādū. etiam diui
dit in duas. Quia primo magiſter tāgit que
ſtionis illius difficultatē. Secundo fatetur
ſe nō poſſe rn̄dere ꝓpter queſtionis exceſſum
⁊ ſublimitatē. ibi. Difficile mihi ⁊c. ¶ Circa
iſtā. xxxij. diſt. quero hanc queſtionē

Trū pr̄ diligat ſe ſpū ſctō. Et videt
ꝙ nō. qꝛ ſicut ſe hꝫ pater ad ſape ſic ſe
hꝫ ad diligere. ſed pater nō ſapit ſapi
entia genita ſm Aug. vij. de trinita. ca. iij.
nec ꝑ ꝯſequens ſapit filio qui eſt ſapiētia ge/
nita in diuinis. ergo pater nō diligit ſe ſpūſā
cto qui eſt amor procedens in diuinis ¶ In
ꝯtrarium eſt btūs Aug. vi. de trini. ca. v. vbi
ait. Spūſſāct⁹ ē caritas patr̄ ⁊ filij. quo vter/
qꝫ diligit. quo genitus a gignēte diligit. ſꝫ eo
dem amore pater diligit ſe quo diligit filium
ḡ ⁊c. ¶ Hic quattuor ſunt vidēda. ¶ Prio
videndū eſt. vtꝝ pater ⁊ filius diligant ſe ſpi
ritu ſancto. ⁊ ꝑ hoc patebit etiam ad illud qḋ
querit. ¶ Secundo vtrum diligant nos ſpi
ritu ſancto. ¶ Tercio vtrum pater ſit ſapiēs
ſapiētia genita. Quarto vtꝝ filius ſit ſapiens
ſapia ingenita.

Articl̄s 1 **Quantū ad primū**
vtrum pater ⁊ filius diligant ſe ſpūſancto. eſt
aduertendū ꝙ aliqua ſe diligere poteſt intel/
ligi dupliciter. Uno mō amore mutuo. Alio
mō amore reciproco. Primo mō eſt ſenſus ꝙ
pr̄ diligat filiū ſpūſancto. ⁊ ecōuerſo filius di
ligat patrē. Scḋo mō eſt ſenſus ꝙ pater dili
gat ſeipm̄. ⁊ filius diligat ſeipſum ſpūſancto
Et ſm hoc ponam duas concluſiones affir
Cōclo 1 matiuas. ¶ Prima eſt ꝙ pater diligit filiuꝫ
1 ſpūſctō. ⁊ ecōuerſo. ¶ Quia ſicut ait. b. aug.
vi. de tri. c. v. Spūſſcūs ē caritas patris et fi
lij quo vterqꝫ cōiungit. quo genitus a gignē
2 te diligitur ¶ P. omnis diligens alium pro
prie diligit eum amore a ſe procedente. vt ait
Hugo in quadā ep̄la ad ſctm̄ Bern. ſed ſpi/
ritusſanctus eſt amor ꝓcedens a patre ⁊ filio
3 vt ſupius patuit. ergo ⁊c. ¶ P. in eadē ep̄la
ait Hugo. ſi ſpūſſanctus diceret amor cordiſ
tui ſicut dicit amor patris ⁊ filij. quis negare
poſſet te ſpūſancto diligere. ¶ P. amore per/ 4
fecto amatur ille in quem hm̄oi amor proce/
dit ab eo a quo procedit. ſed ſpiritusſanct⁹ vt
amor pfectus procedit a patre in filiū ⁊ econ
uerſo. ḡ ⁊c. ¶ Sed ꝯtrariū illius tenuit que Opi. ꝯria/
daꝫ opinio dicēs hm̄ōi ꝓpoſitiones eſſe ſim
plr̄ falſas. Dicunt etiam Aug. tales ꝓpoſiti
ones retractaſſe i ſuo libr̄. cū in ſuo primo li. re
tractationū retractat illam. pater eſt ſapiens
ſapiētia genita ¶ Motiua iſtius opinionis
poterant eſſe illa. ¶ Pater non eſt ſapiens ſa 1
pientia genita. ergo nō eſt diligens amore ꝓ
cedente ſeu producto. nec ꝑ conſequens ſpiri
tuſancto. ꝯſequētia patet. Añcedēs ponit au
guſt. i. retractationū. ⁊. v. de trinitate. ca. vij.
¶ P. diligere dei et velle dei idem eſt quod eſ 2
ſe dei. ſed pater ⁊ filius non ſunt ſpūſſanct⁹.
ergo non diligunt ſpirituſancto. ¶ P. ſi dili 3
gerent ſe ſpūſancto. tunc aliquid eſſet in eis ꝑ
ſpūmſanctuꝫ ſeu a ſpirituſancto. ꝯſequēs eſt
falſum. ꝯſequētia patet. quia ablatiuus ipor/
tat habitudinem cauſalē. ¶ P. Aug. vij. de 4
trini. ca. v. arguit ſic. Si pater eſſet ſapiēs ſa/
pientia genita. tunc pater eſſet filio. ſic in pro
poſito. ¶ Sed illa opinio eſt ꝯtra veritatē Cōtra opi
⁊ ꝯtra manifeſtā intentionē ſanctoꝝ. vt patet nionē
ꝑ multas auctoritates ꝑ magiſtꝝ adductas 1
in illa diſt. xxxij. Nec Auguſt. hm̄ōi ꝓpoſiti
ones retractauit. qꝛ nō eſt modus Augu. ali
quid retractare in ſuo ſimili. ſed in ꝓpria for
ma retractat que vult retractare ¶ P. de libro 2
retractationū remittit ad ea que dixerat in li
bro ď trini. Sed. xv. de trini. ca. vij. dicit hāc
eſſe falſam. Pater ſapit ſapientia genita. Et
eodē libro ca. xix. dicit hanc eſſe veraꝫ. Pater
diligit filium ⁊ filius patreꝫ ſpūſancto. ergo
⁊c. ¶ Ad primū nego conſequentiam. Naꝫ Solutio
ꝓpter aliam ⁊ aliam habitudineꝫ que concer Ad 1
nit inter ſapere ſeu intelligere ⁊ diligere poteſt
aliquid ꝯcedi de vno ⁊ negari de alio. Naꝫ ſa
pere ſignificat motum rei ad animā. diligere
ꝟo ſignificat motū anime ad res. ideo ꝗuis
ſm actum amoris anima poſſit denominari
ꝑ illud quod ab ea procedit. tamē hoc nō fit
ſm actum ſapiētie niſi cum aliquali determi
natiōe. Propter hoc licet hec abſolute ſit ve
ra. pater diligit filiū ſpūſctō ꝗ ꝑ modū amorꝭ
ꝓcedit. tm̄ nō intelligit ſpm̄ſctm̄ vel ſeipſum
filio. qui ꝑ modū ſapiētie ⁊ intellect⁹ ꝓcedit.
ꝗuis poſſit concedi ꝙ intelligit ſe in filio.
¶ Ad ſecunduꝫ dicendū ꝙ ꝗuis in deo eſſe Ad 2

ꝛ diligere ſint idẽ realr. differunt tñ rõne ꝛ habitu dine, ꝓpter qđ aliqđ ↄcedit de vno qđ nõ ↄce
Ad 3 dit de alio. ¶ Ad terciũ dõm ꝙ pr̃ ꝛ filiꝰ non dicunt diligere ſpũſctõ tanꝗ̃ forma q̃ ſit eis rõ ꝛ pͥncipiũ diligẽdi ſeu dilectõis. ſed tanꝗ̃ ↄſtituto ſeu ꝓducto ꝑ actionẽ. et iõ ille ablati
Ad 4 uus nõ tenet cãliter. ¶ Ad q̃rtũ pȝ ꝑ ea q̃ di
Cõcl'o 2 cta ſũt ad primuȝ. ¶ Scđa ↄcluſio eſt hec. ꝙ
1 pr̃ diligit ſe ſpũſctõ. Quia ſicut ſe hȝ ṽbũ ad dicere. ita ſe hẽt amor ꝓcedẽs ad diligere. ſed pr̃ dicit ſe ṽbo. g̃ diligit ſe amore ſeu ſpũſctõ.
2 ¶ Itẽ. eodẽ amore pater diligit filiuȝ ꝛ ſeipm. ſed vtiã patuit diligit filiũ ſpũſancto. ergo et ſeipm diliget ſpũſancto.

Artic'ls 2 **Et per hec eadẽ me**dia pȝ qđ ſit dõm ad ſcđm articuluȝ q̃õnis. Nã ſicut pater eodẽ verbo q̃ dicit ſe dicit etiã oĩa alia. ſic pater ꝛ filius eodẽ amore. ſ. ſpũſã cto quo diligũt ſe: diligũt etiam nos ꝛ oĩa alia a ſe.

Artic'ls 3 **Quantũ ad terciuȝ** articulũ dico. ꝙ pater nõ dȝ dici ſapiẽs ſapia genita. Rõ q̃ ad hoc pȝ ꝑ ea q̃ dicta ſũt ĩ ſolu tõe pͥmi argumẽti p̃cedẽtis opinionis. Nã il lo ẽ aliq̃s ſapiẽs q̃ intelligit. ſed pr̃ nõ intelli git ſapia genita. ſ. filio. ergo nõ eſt ſapiens ſa pientia genita.

Artic'ls 4 **Quãtuȝ ad quartũ** articulũ. vtȝ filius ſit ſapiẽs ſapia ingenita. Dico ꝙ ſi ꝑ ingenitã ſapiam intelligat ꝑſona patris. tunc illud quod petit põt hr̃e dupli cẽ intellectum. ¶ Vnũ ꝙ filius ſit ſapiens ſa piẽtia ingenita tanꝗ̃ forma ſua. ¶ Aliud ꝙ ſit ſapiẽs ingenita ſapia tanꝗ̃ ꝓductiuo ſuo. ¶ Primꝰ intellectus eſt falſus. Quia ſimpl'r ſimplex a ſua forma differre nõ põt. ſȝ filiꝰ rea liter differt a ſapia ingenita. ſ. a pr̃e. ¶ Sed
1 ſcđs intellectꝰ ẽ verꝰ. qꝛ filiꝰ ẽ ꝓductus a ſapia ingenita. g̃ eſt ſapiẽs ſapiẽtia ingenita. ſm ꝙ aliquid dicit tale ſuo productiuo. ¶ Itẽ. in di
2 uis ſm. b. Aug. idem eſt eſſe ꝛ ſapere. ſed fili us eſt patre ſeu ſapiẽtia ingenita tanꝗ̃ ꝓdu ctiuo. ergo vt ſic filius ſapit ſapientia ingeni ta. hoc eſt dictum ꝙ filius habet eſſe ꝛ ſapere a patre. qui pater eſt ipſa ſapiẽtia ingenita. ¶ Et qꝛ doctor noſter iuxta ea q̃ ponit in pri mo articulo habet ponere amorẽ productum ſe habentẽ vt aliquid conſtitutũ in diuinis.

habet etiã ponere iuxta illa ſua dicta ꝛ aliqua ſupius poſita duplicẽ amorẽ. ſ. amorẽ eſſenti alem qui eſt ↄmunis tribus. ꝛ amorẽ ꝑſona lem qui eſt ipſe ſpũſſanctus. Quoꝝ ↄtrariũ ꝑ ordinẽ ponit quidã doctor. ¶ Primo igit recitabo dicta ipſius. ¶ Scđo r̃ndebo ad ea.
¶ Dicit g̃ ille doctor primo ꝙ nullꝰ amor pro Aureolus
ducit in diuinis. Quia q̃ncunꝗ̃ aliqua ſunt 1
idẽ ſm rem ꝛ ſm rationẽ. ſi vnũ non attingit ꝑ realem productionẽ nec reliquũ. ſed eẽntia in diuinis eſt idẽ quod amor ſm rẽ ꝛ ſm rati onẽ. ꝛ eẽntia nõ producit. vt patet ex determi
natione ↄcilij. ergo nec amor. ¶ Itẽ. nulla rea 2
litas que eſt in filio capit eſſe ꝑ productiõem niſi ꝓprietas ꝑſonalis filij. ꝛ eodẽ mõ de ſpũ ſancto. ſed intellectio infinita nõ eſt idẽ quod filiatio ꝛ amor infinitus nõ eſt idẽ quod pro ceſſio q̃ ſunt ꝓprietates ꝑſonales ṽbi ꝛ ſpũſ ſancti. g̃ nõ poteſt catholice ↄcedi ꝙ ĩ filio ſit aliqua ſapia actualis producta: aut aliquis
amor productus in ſpũſãcto. ¶ Scđo dicit Idẽ ſcđo.
idẽ doctor ꝙ ĩ diuis nõ pñt poni duo amores aut due ſapie. quoꝝ vnꝰ ſit eẽntialis ꝛ aliuſ ꝑ
ſonalis. Quia impoſſibile ẽ ponere duas dei 1
tates quaꝝ vna ſit eẽntialis ꝛ alia ꝑſonal'. ſed amor ꝛ ſapiẽtia ſunt ꝑfectiones. ꝛ ꝑ ↄñs non
ſunt aliud ꝗ̃ deitas. ergo ꝛc. ¶ Et ↄfirmat. Cõfirmat
Nã cũ amor in diuinis ſit formaliter infini tus. ꝛ ſapia formalit' ſit infinita nec amor nec
ſapia poterunt multiplicari. ¶ Itẽ. ſi in diuis 2
ponunt duo amores. vnus eẽntialis. ꝛ alius ſubſiſtens. aut in ſpũſancto eſt ſolus amor ſubſiſtens ſine eſſentiali. aut ſubſiſtens cum eſſentiali diſtinctus realiter ꝛ formaliter. aut diſtinctus formaliter et nõ realiter. aut indi ſtinctus re ꝛ ratione. Nõ primũ. qꝛ error eſt ponere amorẽ eſſentialẽ nõ eſſe in ſpũſancto. Nec ſecundum. quia tunc ſpũſſanctus eſſet amans duplici realitate. cuȝ amores illi ſint beatifici ꝛ infiniti. ipſe eſſȝ duplici realitate be atus ꝛ infinitus. ꝛ ſic eſſet beatior pr̃e ꝛ infini tior pr̃e. Nec terciũ. qꝛ ſaltẽ formaliter eẽt in finitior et beatior patre. Nec quartum. quia amor eſſentialis nõ eſt ſubſiſtẽs. nec ꝓductꝰ nec ꝓprius vni ꝑſone. quoꝝ oppoſitũ verifi
caret de alio amore ſi daretur ꝛ ꝑ conſequens nõ poſſent eſſe indiſtincti re ꝛ ratõe. ¶ Sed Cõtra au
qꝛ ille ad moduȝ Golye gladium proprium reolũ.
defert ad certamen quo poterit proſterni. ideo dimiſſis opinionibꝰ ꝛ multoꝝ ſanctoꝝ aucti bus quibus in diuinis aſſerit tam ſapientia ꝗ̃ amor eẽntialis. ac etiã ſapiẽtia ꝛ amor ꝑſona lis. nec non ſapiẽtia genita ꝛ ingenita ꝛ amor

productus ⁊ improductus. ſolū adducā cō-
tra eū ꝓpria ſua dicta que ille doctor ponit ī
eadē qōne. ī qua ex intētione format ratōnes
ſupradictas. ¶ Dicit em̄ ꝙ ī deo ſint due ſa-
pientie. ¶ Una quidē formalis. que eſt ōmu
nis trib;. ⁊ ē ꝑfectio ſimplr. et nō eſt aliud ꝙ̄
deitas put ſibi ſunt oīa in ꝓſpectu tāq̄ȝ apta ⁊
nuda. ¶ Alia ē ſapiā obiectiua q̄ nō eſt perfe
ctio ſimplr. ſed eſt ipm verbū claudēs ī ſe dei-
tatem cum proprietate indiſtincta ab ea. ¶ Et
ſilr dicit ꝙ ē duplex amor. Unus quidē for-
malis qui eſt ꝑfectio ſimplr. Alius ꝟo ꝓceſſi
uus. qui nō eſt aliud ꝙ̄ ſpūs amātis ſeu vin
culū. cōio vel nexus. ¶ Et quia illa dicta cla
re ꝯtradicūt ꝯcluſionibus ductis ꝯtra docto
rē noſtꝝ. ⁊ quattuor rationib; quas ex dictis
illius doctoris adduxi. imo quaſi ꝑ ſingula
verba rationes ille poſſunt duci ꝯtra vltima
ſua dicta. ⁊ dicta ꝯtra rationes. igit̄ non tene
rer r̄ndere ad eaſ. gratia tamē exercitij ad eas
Solutio Ad i ¶ Ad pmū ergo dico ad minorē ꝙ ꝗuis eēn
tia diuina ſit idē quod amor productus qui
eſt ſpūſſanctus realiter. dr̄t tamē rōne. qr cū
ꝑſona in ſua formali ratione formaliter inclu
dat proprietatē quā formaliter nō includit eſ
ſentia ī ſua formali ratione. patet ꝙ dr̄t rati-
one. ⁊ ꝑ ꝯſequēs mior illa ē ſimplr falſa. Nā
a quocūq̄ȝ incluſū differt ratione ab eodeȝ in
cludēs differt ratione. ſed ꝑſonalis ꝓprietas
q̄ includit̄ ī diuia ꝑſona differt ratōe a diuia
eēntia cū eēntia ſm ſuā formalē rōem ſit ad ſe
⁊ ꝓprietas relatiua ſit ad aliud. ergo perſona
puta amor ꝓduct⁹ ſeu ſpūſſcūs includens ta
lē ꝓprietatē ad minus ſm rationē differt a di
uina eēntia. cui⁹ oppoſitū dicebat̄ ī ꝑdicta mi
Ad 2 nori. ¶ Ad ſcōm dicēdū ꝙ ꝗuis eēntia filio
cōicet̄ ⁊ ſola ꝓprietas producat̄. tn̄ illa eſt ve
ra ꝙ totus filius eſt genitus ⁊ productus. ⁊ ꝑ
ꝯſequēs ſapiētia ꝑſonaliter ſumpta poteſt di
ci genita. ⁊ eodem modo de amore ⁊ ſpirituſā
Ad pmaȝ ſcde poſiti onis. cto. ¶ Ad primā rationē alterius ſue poſitio
nis dicendū ꝙ ꝗuis amor ꝑſonalis nō ſit ali
ud realiter ꝙ̄ deitaſ ſicut nec ipſa ꝑſona. tamē
ſicut ꝑſona poteſt dici producta ratione pro-
prietatis quā formaliter includit que vere eſt
Ad cōfir-matōem producta. ſic ⁊ ipſe amor. ¶ Ad ꝯfirmatōeȝ
dicēdū ꝙ amor ꝑſonalis de quo nos loq̄mur
eſt eo mō infinitus quo quelibet diuina ꝑſo-
na ē infinita puta infinitate diuine eſſentie. ⁊
ſicut nō obſtante ꝙ ꝑſona filij vel ſpūſſancti
eſt infinita tamen eſt producta. ſic ⁊ tal' amor
eſt productus ꝗuis ſit infinitus. ⁊ ꝑ ꝯſeq̄ns
ſm rationē differēs ab amore eēntiali. igit vt

ſic poterit multiplicari. ¶ Ad ſcōm dicendū Ad 2
ꝙ vterq̄ȝ amor eſt in ſpūſancto indiſtinct⁹ rea
liter. diſtinctus tn̄ ſm rōem. vt ſupius dixi.
¶ Ad argumentū pncipale dicēdū ꝙ nō eſt Ad pnci-
ſimile qd̄ in maiori ſumit̄ ꝑ ſimili de ſapere et pale argu
diligere. quia ſm dicta ſanctoꝝ ſape in diuis mentū.
tm̄modo ſumit̄ eſſentialiter. Propter hoc di
cit Aug. vij. de trini. ca. v. ꝙ ſi pater eſſet ſapi
ens ſapiētia genita. cū ſapere ſit ideȝ quod eē
pater eſſet filio. ſed diligere non ſolum ſumit̄
eēntialiter. verūetiā notionaliter. g̃ ⁊c̄.

¶ Diſtinctio triceſimatercia.

P Oſt ſupradi
cta ⁊c̄. Poſtq̄ȝ mgr̄ a diſticti
one ſcd̄a vſq̄ȝ huc tractauit de
eēntia diuia. ꝑſonis. ac ꝓprietatib;. h inſiſtit
coꝝ ad inuicē ꝯparationib;. Et diuidit̄ ī duas
ptes. Quia pmo ꝯpat ꝓprietates ad ꝑſonas
⁊ ad eēntiam. inquirēdo coꝝ ab inuicē dr̄ti-
am. Scd̄o ꝑciſe compat ꝑſonas ad eēntiam.
diſt. xxxiiij. ibi. Predict; eſt adijciendū. Pri
ma ī duas. Nā pmo hic ponit̄ veritatis deter
minatio. Scd̄o ꝯ̄ria argumētatio. ibi. Hoc
aūt negāt. Prima ī duas. Nā pmo mgr oñ
dit ꝓprietatē ꝑſonalē eſſe idē realiter diuine ꝑ
ſone. Secūdo oſtēdit eandē proprietatē eſſe
idē realiter diuine eſſentie. ibi. Q, em̄ ꝓprie-
tas. ¶ Sequit̄ illa ps. Hoc autē negant. Et
diuidit̄ in duas ptes. Nā primo arguit ꝯ̄ iā
dictā veritatē ratione. Scd̄o auctoritate. ibi.
Uerūtn̄ nondū ⁊c̄. Prima in duas. Nā pri-
mo arguit ex dictis quorūdā doctoꝝ. Scd̄o
ex dict; hereticoꝝ. ibi. Ceteꝝ hereticoꝝ. Pri-
ma in duas. Nam primo ponit Gilberti por
retani arguitionē. Secundo mgr̄ interponit
ſuā reſponſionem. ibi. Coꝝ doctrinis nouis.
¶ Sequit̄ illa ps. Ceteꝝ hereticoꝝ. Et diui
dit̄ ī tres ptes. Nā pmo mgr̄ ī argumēt; here
ticoꝝ aſſerit eē fraudulētiā ⁊ calliditatē. Se-
cūdo r̄ndet coꝝ argumēt; iuxta catholicā ꝟi
tatē. Tercio oñdit ex r̄nſiōe ſua oriri q̄ndā iat
tigibilē difficultatē. Scd̄a ibi. q̄rū audacie.
Tercia ibi. Sȝ forte q̄reſ. Seq̄t illa ps. Ue
rūtn̄ nōdū. Et diuidit̄ ī duas ſm ꝙ ꝯ̄ ꝑdictā
ꝟitatē arguit̄ ꝑ duas auctes. Scd̄a ibi. Iteȝ
ill' ꝟbis. Quelibȝ illaꝝ diuidit̄ ī duas. Quia
pmo ꝑ auctē opponit. Scd̄o ſoluit. ⁊ ptes pa
tēt. ¶ Circa iſtā. xxxiij. diſt. quero.

U Trū ꝓprietaſ relatiua ī diuis realiter
differat ab eſſentia. ¶ Et videtur ꝙ
ſic. qr que differūt q̄ddiratiue differt

entitatiue. ⁊ ꝑ ꝯñs realr̄. ſ; ꝓprietas ⁊ eēntia
in diuinis dr̄nt q̇dditatiue. cū ſint diuerſoꝝ ge
neꝝ. ḡ ⁊c. ¶ Cōtra. cū ſūma ſimplicitate nul
laten⁹ pōt eē realis drn̄a ī eodē ſuppoſito. ſ; ꝑ
ſona diuīa vt h̄ p; ē eq̄ ſimplex ſic eēntia. ⁊ ꝑ
ꝯñs eſt ſumme ſimplex. ḡ ꝑſona ꝯſtat ex eēn
tia diuīa ⁊ ꝓprietate. ḡ ꝓprietas ⁊ eēntia nul
lo mō poterūt realr̄ differre. ¶ Dicſūt q̄ttu
oꝛ videnda. ¶ Prīo de eo qḋ qō q̄rit. ¶ Scḋo
vtꝝ ꝓprietaſ relatiua realr̄ differat a ꝑſona di
uīa. ¶ Tercio vtꝝ ꝓprietates diuie ſint ī eēn
tia ⁊ ī ꝑſonis. ¶ Quarto vtꝝ nō obſtāte ꝙ ꝓ
prietates diuine differāt ab eēntia diuīa ſola
ratione poſſimus ſaluare ꝙ ꝓprietates inter
ſe realiter differant. ⁊ ꝑſonas faciant realiter
differre.

Articl's 1 **Quātu; ad primu;**
vtꝝ ꝓprietas relatiua ī diuinis realr̄ differat
ab eēntia. ſic procedā;. Ponā em̄ duas ꝯclu
ſiones quas reputo veriores. ⁊ dictis ſancto
rum magis cōformes ⁊ recitabo oppoſitaru;
opinionū motiua. ⁊ reſpōdebo ad ea. ¶ Pri
ma ꝯcluſio erit affirmatiua. Scḋa erit nega
Cōcl'o 1 tiua. ¶ Prima ꝯcluſio eſt. ꝙ ꝓprietas relati
ua a diuīa eēntia differt ſm̄ rationē q̇ddidati
1 uā. Quia rationes formaliter includētes ta
lia que ꝯtradictorie mutuo ſe excludūt neceſ
ſario differūt. ſed rationes diuine eēntie et ꝓ
prietatis relatiue ſunt hm̄oi. ergo ⁊c. Maioꝛ
patet. ꝓbo minorē. quia ratio diuine eſſentie
includit eſſe ad ſe ⁊ nō ad aliud. ſed ratio rela
tiue ꝓprietatis includit eē ad aliud et non eē
2 ad ſe ¶ P. fundamentū differt ratione ab eo
cui⁹ eſt fundamentū. quia alia eſt ratio fūdā
tis. ⁊ alia fundati. ſed diuina eēntia eſt funda
mentū omniū proprietatū relatiuaꝝ. ergo ⁊c.
3 ¶ P. q̄cūq; ſic ſe habent ꝙ ſm̄ noſtrū modū
intelligendi vnū alteꝝ p̄ſupponit illa neceſſa
rio differūt ratione. quia alia eſt ratio p̄ſuppo
nētis. ⁊ alia p̄ſuppoſiti. nūq; em̄ ide; ſm̄ ean
dem rationē ſumptum p̄ſupponit ſeipm̄. ſed
ſm̄ noſtrū modū intelligēdi ꝓprietas relati
Aureol⁹ 3 ua p̄ſupponit eēntiam. ergo ⁊c. ¶ Sed ꝯtra
iſtā ꝯcluſionē eſt quidā doctoꝛ qui circa iſtā
xxxiij. diſtinctionē dicit. ꝙ relatio in diuinis
non ſolum nō differt ab eſſentia realiter ⁊ foꝛ
maliter. ſed nec ſm̄ ratione; differt ab ea. Et
iſtud hic nō probat. quia dicit ſe hoc probaſ
ſe diſtinctōe. i. q. i. articulo. ij. ſui ſcripti. vbi
cum ipſum ex intētione perlegerē. non inueni
ad iſtud ſuum propoſitū niſi hanc ꝯſequen
tiam. Si relatio in diuinis ratione differret
ab eēntia. tunc ꝑſona diuina aliquo modo eſ
ſet cōpoſita ⁊ nō om̄ino ſimplex. Et ex dictis
ſuis pōt probari ꝯñtia. et falſitas ꝯſequētis.
¶ Probaꝛ ꝯñtia ſic. Cui⁹ ꝯſtituētia drn̄t ra Probatio
tione ipm̄ ꝯſtitutū eſt ꝯpoſitū ſaltē ſm̄ rōem. ꝯñtie.
q; trāſitus in idētitatē alicui⁹ nō tollit cōpoſi
tionē niſi illius gener; ſm̄ ꝙ trāſit. puta ſi trā
ſit realiter tolliꝛ compoſitio realis. ſi formalit
tolliꝛ cōpoſitio formalis. Si ergo relatio trā
ſit ſm̄ eē ⁊ ſm̄ rem. et manet ꝯdiſtincta eēntie
ſm̄ ratione;. igitur ex tali trāſitu non tollitur
omnis compoſitio. q; manet ꝯpoſitio ſm̄ ra
tionē. ¶ Falſitatē ꝯñtis poſſumus ꝓbare q̇n Probatio
q; modis. Primo ſic. Qui dicit omne nihil falſitat; cō
excipit. ſed determinatio ꝯcilij extra de ſū. tri ſequētis.
ni. ⁊ fi. catho. c. firmiter credimus. dicit ſim 1
plex om̄ino. ergo nullus modus compoſitio
nis nec realis nec formalis nec rationis ponē
dus ē ī deo. ¶ Scḋo ſic. Dis ꝑfectio ſimpl'r
ī ſummo ponēda eſt ī deo. ſed ſimplicitas ē ꝑ 2
fectio ſimpl'r. q; in vnoquoq; melius ē eē ſim
plex q; non ſimplex. ergo infinita ſimplicitas
erit in qualibet diuina ꝑſona. ſed non eſſet ibi
ſumma vel infinita ſimplicitas ſi eſſet aliqua
compoſitio rei vel rationis ¶ Tercio ſic. vbi 3
cūq; eſt compoſitio conceptuū ibi alter cōce
ptuū eſt ꝑfectibilis ꝑ alteꝝ tanq; ꝑ ſui ꝑfecti
onē. vt conceptus aīalis ꝑ conceptū rōnalis.
⁊ vniuerſaliter vbicūq; ē ꝯpoſitio ibi vnū cō
ponibiliū eſt ī potētia ad alteꝝ. ⁊ q; potentia
imꝑfectionē dicit. ḡ vbi ē compoſitio ſm̄ rati
onē ibi eſt imꝑfectio illius generis. ⁊ ꝑ conſe
quēs talis compoſitio in ꝑſona diuina que ē
ꝑfectiſſima poni nō poteſt. ¶ Quarto ſic. de 4
us eſt quo maius vel melius cogitari nō po
teſt. ſm̄ Anſel. proſologion ca. ij. Sed deus
cogitatur melioꝛ ſi cogitaꝛ om̄ino ſimplex re
⁊ ratione. quia vt ſic magis attribuiꝛ ſibi per
fectio ſimplicitatis in ſummo q; ſi cogitatur
ſimplex re. cōpoſitus vero ratione. ¶ Quin
to ſic. Anſelmus de incarnatione verbi. ca. v. 5
ait. Si eſſet aliquid quod nec actu nec intel
lectu diſſolui poſſet. maius eſſet q; quod in
tellectu diſſolubile eſſet. itaq; ſi omne compo
ſitum ſaltem cogitatione diſſolui poteſt. qui
dicit deum eſſe compoſitu; dicit aliquid ma
ius deo ſe poſſe intelligere. trāſit ergo eius in
tellectus vltra deu;. quod null⁹ pōt facere in
tellectus. Et ꝑ hanc auctoritate; ꝯcludit ille
doctoꝛ dicens. ꝙ hec auctoritas adaptatione
non indiget. cum ꝓpoſitum contineat euidē
ter. ¶ S; iſtā opiniō; reputo valde diſſonā Cōtra au
reolū.

1 ⁊ diſformē a veritate ⁊ a dictis ſctōꝝ. Quia ſi
relatio diuina nec re nec ratōne diſtigueretur
ab eētia. tūc nō magis maneret in diuis ge/
nus relationis q̄ȝ quantitatis vel qualitatis.
⁊ ſic de alijs. ꝯſequēs ē falſuȝ. ⁊ expſſe ꝯtra bo
etium in li. de trini. ꝓbo ꝯſequētiam. qꝛ ꝑ tāto
cetera p̄dicamēta a relatōe nō ꝯnumerāt̄ ſube
ī diuinis. qꝛ ſi diuina eētia pfecte diffiniret̄
ratio illa comphēderet omne abſolutū ī diui
nis. ⁊ ideo realiter abſoluta ī diuis tranſeūt ī
diuinā eſſentiā ſm rem ⁊ ſm ratione. Si igi
tur relatio tranſiret ſm rem ⁊ ſm ratione non
appareret quomō magis genus relatōis ma
2 neret ī diuis q̄ȝ genera abſolutoꝝ. ¶ P. ſi pa
ternitas ⁊ filiatio ī diuis trāſirēt ī diuinā ſb/
ſtātiā ſm rē ⁊ ſm ratione ſicut cetera abſoluta
tūc eſſe patrē vel eſſe filiū diceret̄ ſm ſubam.
ſicut eſſe magnū vel eſſe ſapientē. quod tamē
expreſſe negat Aug. ij. de trini. c. v ¶ Iteȝ. v.
de trini. ca. i. ait. ꝙ deus eſt ſine quātitate ma/
gnus ⁊ ſine qualitate bonus. nūq̄ȝ tn̄ inueni/
tur ꝙ ſit ſine relatione pater ¶ Ex his igit̄ et
multꝭ ꝯſimilibus apte colligit̄. ꝙ relatio ma
net in diuinis eſſentie cōdiſtincta magis q̄ȝ
cetera abſoluta. ſed nō manet ſm reȝ. vt tu eti
Solutio am dicis. ergo manebit ſm rationē. ¶ Ad ra
tionē in ꝯtrariuȝ dico ꝙ ſi loqueris de ſimpli
citate reali. tūc nego ꝯſequētiā. Si aūt loque
ris de ſimplicitate ratōis. ita ꝙ hoc ſolum di
cat̄ omino ſimplex qd̄ tm̄modo eſt ꝯceptibi/
le vnica rōne. tūc ꝯcedo ꝯñtiā. ſed nego falſi/
tatē ꝯñtis. qꝛ diuina pſona pōt ꝯcipi vt ſub/
ſtātia veriſſima ratione eētie. et vt ſic ꝯcipit̄
ad ſe. ⁊ poteſt ꝯcipi vt veriſſimū relatiuū rati
one relationis qua rēdit ad aliud. ⁊ vt ſic cōci
pit̄ ad aliud ⁊ nō ad ſe. ratione quoꝝ ꝯceptu
um eidē pſone competūt due rationes forma
liter ꝯdiſtincte. ſm aliquid ⁊ ad aliq̄d ſui. pu
Ad ꝓbati ta ſm eētiā ⁊ relatiōȝ ¶ Ad ꝓbatōȝ pmā di
onē falſita cēdū. ꝙ diligēter attēdēdo v̄ba illi⁹ decretalis
tis ꝯñtꝭ p/ tūc illō ſimplex oino qd̄ tu aſſumis de pſona
mā. decretalis exp̄mit de eſſentia diuina. Iſta nā
q̄ȝ ſūt v̄ba ad lr̄am illius decretalis. Firmiter
credimus ⁊ ſimplr̄ cōfitemur ꝙ vnus ē ſolus
verus deus. etern⁹. immēſus ⁊ incōmutabil̄.
oipotēs. ineffabil̄ ⁊ incomphēſibil̄. pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊
ſpūſſcūs. tres q̄dē pſone ſ; vna eētia ſba ſiue
natā ſimplex oino. Et iō decretal̄ quā adduc̄ꝭ
nō eſt ꝯtra me. quia de plano concedo ꝙ diui
na eētia. ſubſtātia ſiue natura eſt ſimplex et
indiſtincta re ⁊ ratione. q̄ȝuiſ relatio diuia ſit
Ad 2 ab eſſentia diſtincta ratione ¶ Ad ſcd̄am di
cendū. ꝙ ſimplicitas in ſummo eſt ponēda in

deo inq̄ȝtum tollit omnē diuerſitatē reꝝ realē
compoſitionē facientiū. qꝛ vt ſic dicit pfectio
nem. nō aūt inq̄ȝtum tollit diſtinctionē ratio
nū. talis em̄ ſimplicitas eſt impoſſibilis ī di/
uinis. quia ad ipſā ſequit̄ ꝯfuſio pſonarum.
Nā ſi paternitas ī diuis eſſet oino indiſticta
re ⁊ ratione ab eētia. tūc nō magis ſibi ꝯpe/
teret oppoſitio ad filiationem q̄ȝ ipſi eſſentie.
⁊ p ꝯſequens nō magis diſtingueret patrē a
filio q̄ȝ ipa eſſentia. ꝓpter quod omnes diuie
pſone eēnt indiſtincte. cū ratione eētie nullā
habeant diſtinctionē. ¶ Etiam minoꝛ cum
ſua ꝓbatione poſſet negari. qꝛ ī tota ſpera acti
uoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ hoc vniuerſalit̄ videm⁹ ꝙ q̄n
to res eſt cōpoſitioꝛ tāto eſt pfectioꝛ. ⁊ quan/
to ē ſimplicioꝛ tāto impfectioꝛ. quod pꝫ pro
cedēdo a ſimplici elemēto vſq̄ȝ ad corpus mi
xtum. a mixto ad vegetatiuū. a vegetatiuo
ad ſenſitiuū. a ſenſitiuo ad intellectiuū. pu/
ta ad hominē. qui tā ex pte forme q̄ȝ etiam ex
pte materie videt̄ eſſe ꝯpoſitioꝛ. cū forma ſua
plures requirat potētias ⁊ in materia ſua ſint
plures diſpoſitōes ⁊ organa. ¶ Ad terciā di Ad 3
cēdū ꝙ maioꝛ ſic vl̄r ſumpta nō ē vera. qꝛ q̄n
taliū ꝯceptuū eſt ꝯiūctio quibꝫ ex pte rei nul
la reſpondet realis diſtinctio. tunc nec vnus
ꝓprie pficit̄ p alteꝝ. nec vnus eſt in potentia
ad alterum. potentialitas em̄ vnius ꝯceptus
ad alterum pſupponit ex parte rei aliquā po/
tentialitatē. quā totaliter negamus in diuis.
Et ideo diſtinctio rationū quā ponimus in
diuinis nullā penitus ibi arguit impfectōeȝ
¶ Ad quartā nego minorē cuȝ ſua ꝓbatiōe. Ad 4
maxime loquēdo de tali ꝯpoſitiōe ratiōis. cui
nullo mō ex pte rei corrn̄det cōpoſitō. ¶ Ad Ad 5
quintā dicēdū ꝙ illa v̄ba Anſel. poſſūt intel/
ligi de compōe ſube cū accidētibꝫ ſepabilibꝫ.
⁊ de compōne eiuſdē ſube cū accidētibꝫ inſepa
bilibꝫ. qꝛ pma dicunt̄ diſſolubilia actu. puta
ſortes ⁊ albedo. alia v̄o dicūt̄ diſſolubilia co/
gitatiōe ⁊ ītellectu. ſic corru⁹ ⁊ nigredo. cign⁹ ⁊
albedo. vel hō ⁊ riſibile. vl̄ corp⁹ d̄ p̄dicamto
ſube. ⁊ trina dimenſio q̄ntitatis. ⁊ qꝛ oīs illo
rum diſſolutio pſupponit realē cōpoſitōem.
ideo maius ⁊ melius eſt quod iſto modo nec
actu nec cogitatōe diſſolubile eſt. Talis autē
diſſolutio locum in diuinis nō habet ¶ Sȝ Cōcl̄o 2
concluſio negatiua quaȝ promiſi eſt illa ꝙ ꝓ
prietas relatiua ī diuiſ nō differt realiter a di
uina eētia. Et p illa ꝯcluſiōe poſſent eſſe q̄ſi 1
omia quibꝫ p̄dictus doctoꝛ nitit̄ improbare
diſtinctionē rationis ī diuis. ¶ P. ſi relatio 2
ī diuinis ⁊ eſſentia differrēt realiter. tunc hec

p̄dicatio eēt falſa. pater eſt eēntia. quaꝫ tñ. b.
Aug. ſepius ponit. vij. ꝺe trini. Pater etiā fal
ſitas eiuſdē ꝯñtis ꝑ eundē. xv. ꝺe trini. ca. vij.
vbi ait. Simplex habens ē om̄e illud qꝺ̄ hꝫ.
ſed ſm̄ eundē Aug. ꝑſona diuina ē eque ſim
plex ſicut eēntia. Cōſequētiā ꝓbo. qꝛ ps non
p̄dicat̄ ꝺ̄ toto. ſed eēntia eſſet ps realis ipſius
ꝑſone. qꝛ ꝑſona complecteret̄ duas res diſti
3 ctas. puta eēntiā ⁊ relationē. ¶ P̄. ſm̄ Anſel.
in diuis om̄ia ſunt idē vbi nō obuiat relatio
nis oppoſitio. ſed inter nullā diuinā relatōeꝫ
4 ⁊ eēntiā ē oppoſitio. ḡ ⁊c. ¶ P̄. om̄e qꝺ̄ ē. aut
eſt creatura aut creatrix eſſentia. ſed relatio di
diuin⁹ intellect⁹ intelligēs diuinā eēntiā intel
ligit ſeipm̄. ſed actus quo idem ſeipm̄ intelli/
git videtur eſſe reflexus. ergo ꝛc. ¶ Contra.

obiectū alicui potētie maxīe ꝓꝓortiōatū ē ſuū
obiectū ꝑmariū. ſʒ eēntia dīna ē obiectū ma/
xīe ꝓꝓortiōatū itellectui dīno. ḡ ꝛc. maior pʒ
ꝓbaꝭ mior. qꝛ eēntia dīna dīno itellectui ē ꝓ
talr adeqta. ſicut de ſe pʒ. ḡ ꝛc. ¶ Dic ponaꝫ
qttuor ꝯcl'os ¶ Pria ē ꝙ de⁹ ꝑmo cognoſcit ſe
ipm. ¶ Scda ꝙ cognoſcēdo ſe cognoſcit alia
a ſe. ¶ Tercia ꝙ cognoſcendo eēntiā ſuā abſqꝫ
oi diſtictōe intriſeca ſue eēntie cogſcit oīa ex/
terioꝛa diſtincte. ¶ Quarta ꝙ ipſe creature a
deo cognite pn̄t aliquo mō dici ſcdaria obie/
cta cognitionis diuine.

Cōclo 1 **Cōcluſioneꝫ primā**

1 ꝓbo ſic. Perfectiſſime cognitōis obiectū pri/
mariū dʒ eē ꝑfectiſſimū. dei cognitio ē ꝑfectiſ
ſima. ⁊ ipſe deus ē obiectū ꝑfectiſſimū. cū ſit ꝑ
fectus vlī ꝑfectōe. ⁊ ī ſe hēat ꝑfectōes oīm ge/
2 neꝝ. vt dicꝭ. v. meth. ḡ ꝛc. ¶ P. ſimpliciſſi/
me cognitōis ꝑmariū obiectū dʒ eē tale q̄ ni/
hil poſſit cogitari ſimplicius. ſed cognitio dei
eſt ſimpliciſſima. qꝛ ꝑmuʒ ī quolibet genere ē
ſimpliciſſimū illi⁹ generꝭ. ſʒ ī genere cognitōiſ
cognitio dei eſt oīno ꝑma. ⁊ deo nihil ſimplici
us pōt cogitari. cū ipſe ſit oīno ſimplex. vt pʒ
3 xij. meth. ¶ P. cognitōis totalr indepēdentꝭ
ꝑmariū obiectū ē totalr independēs. illa pʒ.
qꝛ nō pōt eē minoꝛ dependētia ī ipſa cognitōe
q̄ ī ſuo obiecto ꝑmario a q̄ ſpecificaꝭ. Sʒ co
gnitio dei ē oīno indepēdēs. qꝛ ſi eēt aliq̄d de/
pendēs. tūc eēt creatura. ⁊ ſol⁹ deus ē obiectuꝫ
totaliter independēs. qꝛ oīa q̄ ſunt citra deuꝫ
dependēt a deo ⁊ ad ipm oꝛdinanꝭ. vt pʒ. xij.
meth. ḡ ſolus de⁹ ē obiectū ꝑmariuꝫ ſue cogni
4 tōis. ¶ P. intellectib⁹ oppoſitaꝝ ꝯditionum
eēntib⁹ oppoſitus cōpetit modus tendēdi in
obiectuꝫ. Sed intellect⁹ diuinus ⁊ intellect⁹
human⁹ ſunt oppoſitaꝝ ꝯditionū. eo ꝙ intel
lect⁹ diuin⁹ ſit pur⁹ act⁹ ī genere intelligibiliū
vt pʒ. xij. meth. ⁊ intellectus nr̄ ſit pura poten
tia ī genere intelligibiliū. vt pʒ ꝑ Auer. in. iij
de aīa. Cū igiꭍ nr̄ intellectus ꝑus cognoſcat
alia a ſe. ⁊ mediāte cognitiōe alioꝝ deueniat ī
cognitionē ſuiipſius. vt pʒ. iij. de aīa. ergo in/
tellect⁹ diuinus tāq̄ʒ primariū obiectū ſue co
gnitionis apphendit ſeipm. ⁊ cognoſcēdo ſe
5 cognoſcit alia. ¶ P. voluptuoſiſſimū intelli
gere eſt a voluptuoſiſſimo obiecto. Sed itel
ligere dei ē voluptuoſiſſimū. vt dꝛ. xij. meth.
6 ⁊ diuia eēntia ē obiectū voluptuoſiſſimū ¶ P
Auic. ī ſua meth. ait. ꝙ de⁹ ē intellectoꝛ ⁊ com
ꝑhenſoꝛ ſui. eo ꝙ ſua quidditas eſt ſpoliata a
materia. ¶ Sed ꝯ iā dictā veritatē ſophiſti Cōtra
ce poſſet argui ſic. Nulla ꝑſona diuina intel 1
ligit ſe. ergo deus nō intelligit ſe. ꝯn̄tia patet.
qꝛ quicq̄d ꝯuenit deo. opoꝛtet ꝙ cōueniat ali/
cui diuine ꝑſone. ergo a deſtructiōe ꝯn̄tis ꝛc.
Añcedēs ꝓbaꝭ. qꝛ actus relationē importan/
tes nō ſunt reciproci in diuis. ſed ſcire ⁊ intel
ligere vel ſunt ipſe relationes potētie ad obie/
ctū vt quidā dicunt. vel ſaltē neceſſario cōcer
nūt relationē. ¶ Itē Dyoni. vij. de diuis no 2
mibus. ait. Deus eſt ſine ſenſu. ſine mēte. nō
hn̄s intellectuales opatōes. ¶ Sed iſta non Cōtra illa
impediūt. Quia quanto obiectuꝫ eſt purius
⁊ immaterialius. tanto puriſſimo intellectui
obiicꭍ prius ⁊ magis ꝓprie. Sed eēntia di/
uina eſt denudata ab omi materia ⁊ potētiali
tate. vt pʒ. viij. phicoꝝ. ⁊. xij. meth. Intm em̄
deus ē immaterial' ꝙ ſm Damaſ. iij. li. ca. iij.
om̄e aliud ad deū ꝯpatū groſſū ⁊ materiale in
uenꭍ. Intellect⁹ etiā diuin⁹ ē puriſſim⁹. cū ſit
pur⁹ act⁹. vt pʒ eodē. xij. meth. Cū igiꭍ eēntia
dīna ſꝑ ſibi pn̄s ſit vt actu itelligibil'. ſequiꭍ ꝙ
tal' eēntia ſibi ꝓpriiſſime obiiciaꭍ. ⁊ ipſe eā in/
telligat tanq̄ʒ ſuū ꝓpriū ⁊ ꝑmariū obiectum.
¶ Ad ꝑmū dōm ꝙ relatio ſm rōem pt eē re Solutio
ciproca etiā ī diuis. qꝛ pater ē ſibiipſi idē. ⁊ ꝑ Ad 1
ꝯn̄s relatione idētitatis referꭍ ad ſeipm. ſʒ ſci
re vel intelligere diuinū nō ꝯcernit relatōem
niſi ſm rōeꝫ. ḡ hmōi act⁹ pn̄t eē reciproci ī di
uis. ¶ Ad ſcōm dōꝫ ꝙ ꝑ talia v̄ba nō intēdit Ad 2
Dyo. a deo negare itellectualē opatōeꝫ ſupex
cedentē. ſʒ ſolū deficientē q̄ ꝯpetit creaturis.

**Secūdo dixi ꝙ de** Cōclo 2

us cognoſcēdo ſe cognoſcit oīa alia creata co/
gnoſcibilia. Qꝛ q̄ ꝑfecte cognoſcit aliquā cāꝫ 1
neccio cognoſcet oē illō qō ꝑ ſe cauſaꭍ a tali cā
Sed de⁹ ꝑfecte cognoſcit ſeipm. vt pʒ ī ꝯcl'oe
ꝑcedēti. ⁊ ipſe eſt ꝑ ſe cā oīm q̄ ſunt citra ipm.
qꝛ de deo ait ꝯmē. xij. meth. Eſt em̄ quoddaꝫ
ens ꝑ ſe ens ⁊ ꝑ ſe veꝝ. entitate et veritate cui⁹
om̄ia alia ſunt entia ⁊ vera. ergo deus cogno/
ſcēdo ſe cognoſcit omnia alia a ſe. ¶ P. illud 2
quod omnia alia dirigit in ſuos fines oꝛdi/
nate. neceſſario cognoſcit ea. qꝛ ſi non cogno
ſceret tunc caſu dirigeret ea. ⁊ ꝑ ꝯſequens nō
oꝛdinate. Sed deus ꝑ modū artis ⁊ oꝛdiate
om̄ia dirigit in ſuū finē. Nā etiā ipſe cōmen
tatoꝛ a veritate coactus. xij. metaph. ait. ꝙ ca
loꝛes generati ex caloꝛib⁹ ſtellaꝝ generantes
qualibet ſpeciem ſpecieꝝ aīaliū habent menſu
ras ꝓꝑas ex q̄ntitatib⁹ motuū ſtellaꝝ ⁊ diſpo/

ſitōib⁹ eorū adinuicē ī ꝓpinq̄tate ⁊ remotōe. ⁊
illa mē ura ꝓuenit ab arte diuia intellectuali
que eſt ſimilis ⁊ vniformis vnius artis prin
3 cipalis ſub qua ſiūt plures artes. ¶ P. quan
to potētia eſt pfectior tāto minus ē limitata.
ſ; inter oēs alias potētias cognitiuas intelle/
ctiua eſt pfectior. et inter oēs intellectiuas di
uina potētia intellectiua ē pfectiſſima. ergo ī
nullo poterit eē limitata. ⁊ p ꝯñs deus oīa co
gnoſcet. Iuxta qd̄ dicit̄ ad Heb. iiij. Omīa
nuda ⁊ apta ſunt oculis ei⁹ ad quē nobis ſer
4 mo. ¶ P. btūs Grego. ait. Quid ē quod nō
videat q̄ videntē oīa videt. Sed videre dei ē
cognoſcere ⁊ intelligere dei. ergo deus intelli/
5 git oīa. ¶ P. Ariſto. i. de aīa. arguēs ꝯtra em
pedoclē ait. q᷑ accidit ſc̄m eum deū inſipiētiſſi
mū eē. q᷑ nō cognoſcit. Et. iij. meth. ꝯ plato/
nē ⁊ empedocle; ait. q᷑ ſc̄m eos accidit feliciſſi
mū deū min⁹ prudentē eē ceteris. q᷑ nō cogno
ſceret oīa elemēta. eo q᷑ nō eēt ꝯpoſit⁹ ex omi/
bus elemētis. Ex quib⁹ apparet q᷑ non videt̄
fuiſſe intētio Ariſt. q᷑ de⁹ nihil cognoſceret ex
6 tra ſe. cū in h̄ Ariſt. alios rep̄hendat. ¶ P. cō
men. ſup de celo ⁊ mūdo. tractās illud verbū
quō circulationi non eſt ꝯtraria alia circula/
tio. ait. Ego aūt longo tp̄e feci moraz in quo
non intellexi explanationē iſtius loci. Sed
deus duxit me in hanc veritatē. Tunc arguo
ſic. Aut deus induxit eum in hanc veritate;
ſcienter vel neſcienter. Si ſciēter. tūc habetur
ꝓpoſitū. ſ. q᷑ deus cognoſcit illud pticulare ex
tra ſe. ⁊ qua ratione illud. eadē ratione omne
aliud. Si neſcienter. tūc fortuite ⁊ caſualiter
duxiſſet eū in hm̄oi veritatē. Fortuna aute; ⁊
caſus ſunt cauſe p accidens. ⁊ p ꝯñs reducū
tur necio in aliquam cāz p ſe. ⁊ ſic cauſalitas
dei reduceret̄ ī cauſam aliquā ſupiore;. quod
eſt impoſſibile. Ex quo pz q᷑ Auer. ꝯmen. vl̄
ſibiipſi ꝯtradicit. vel optet nos dicere q᷑ ſenſe
Inſtantia rit deū intelligere ea q̄ ſūt extra ſe. g̃ ⁊c̄. ¶ S;
ꝯ illa forte dicet aliq̄s. q᷑ phs et ꝯmen. expſſe
dicūt. xij. meth. q᷑ prima intelligentia que de/
us ē nihil cognoſcit eorū; q̄ ſunt extra ſe. Vñ
Ariſt. ibide; in lr̄a ducit ad tria impoſſibilia
Si deus aliq̄d intelligeret extra ſe. Primū ē
q᷑ diuin⁹ intellect⁹ vileſceret. Scd̄m q᷑ nihil
eēt vere vnū. Terciū q᷑ intellect⁹ diuin⁹ laſſa/
1 ret. ¶ Primū ipoſſibile ex textu Ariſt. poſſet
ſic deduci. Quia intellect⁹ ſua intellectiōe pfi
cit̄. ⁊ p ꝯſequens eius intellectio dependet ab
intelligibili a quo talis ītellectio cauſat̄. Si
g̃ deus intelligeret illa materialia. tūc eius in
tellectio ab iſtis vilib⁹ ⁊ materialib⁹ depende

ret. ⁊ p ꝯñs necio vileſceret. ¶ Scd̄m ſic. di 2
uerſitas ī ſcīa cauſat̄ ex diūſitate intellectorū ī
ea. g̃ ſi deus cognoſceret ea q̄ ſunt extra ſe. ſua
ſcīa aliquo mō erit diuerſa. ſed ſublata vnita
te a primo nihil poterit eē vere vnū. ergo ⁊c̄.
¶ Terciū pōt ſic deduci. Quia intellect⁹ non 3
pōt ſimul plura intelligere. vñ quāto intelle/
ctus eſt ſimplicior tāto magis videt̄ eē deter/
minatus ad vnū. Si g̃ diuinus intellectus
intelligit plura. oportet q᷑ ea intelligat ſucceſ
ſiue. ⁊ p ꝯñs erit ī potentia intelligēs. oīs aūt
virt⁹ q̄ de potentia reducit̄ ad actū laſſari pōt.
g̃ ⁊c̄. ¶ Sed q᷑ ſepi⁹ ex dictis Ariſt. euidēter Solutio
appar; eū ſenſiſſe deū intelligere ea q̄ ſūt extra iſtorū p di/
ſeipm. vt pz expſſe. x. eth. ⁊ in plurib⁹ alijs lo ſtinctōem.
cis. igit̄ ne tāto pho ꝯtradictionē imponam⁹
poterim⁹ ſic diſtinguere. q᷑ deū cognoſcere ali
q̄d dupl'r pōt intelligi. Uno mō tāq; obiectū
p̄mariū ⁊ p̄ncipale. Alio mō tanq; annexū ⁊
ſcd̄ariū. Prīo mō de⁹ nihil intelligit extra ſe.
⁊ iuxta h̄ pcedūt auc̄tes adducte. de. xij. ⁊ q̄cū
q; alie q̄ illis ſil'es eē vident̄ ſiue ſint phorū ſi/
ue catholicorū doctorū. Scd̄o mō ſunt intel
ligēde alie auc̄tes et rōes quib⁹ ꝓbari poterit
deū extra ſe aliq̄d intelligere. Vñ etiā Augu.
⁊ plures alij doctores ſancti tā difformiter ī
hac materia loqui vident̄. q᷑ p dictorū concor
dia neceſſaria videt̄ p̄dicta diſtinctio. Vñ iu
xta primū membrū diſtinctōis ait Aug. lxxx
iij. q. ⁊. iiij. ſuper Gen. ad litterā. q᷑ deus nihil
extra ſe intuet̄. Sed iuxta ſcd̄m mēbrū ait. vi.
de trini. ca. vlti. q᷑ omnia q̄ fecit deus p verbū
cognoſcit in verbo.

## Tercio dico q᷑ non Cōclo 3

obſtāte indiſtinctōe ⁊ ſimplicitate diuine eſ/
ſentie de⁹ p noticiā ſue eēntie cognoſcit oīa di
ſtincte. Et vt illud euidētius eluceſcat. p̄mo
oſtendā q᷑ de⁹ cognoſcēdo eēntiā ſuam cogno
ſcit oīa diſticte. Scd̄o q᷑ ſua natura intriſece
penit⁹ ē indiſticta. q;uis rep̄ñtet oīa diſtincte. Prima pſ
¶ Primū pbo ſic. illud qd̄ agēti p intellectū ē 3. ꝯclōis p
rō aliq̄ diſtincte ꝓducēdi. h̄ idē ē ſibi rō talia bat.
diſtincte cognoſcēdi. ſed vt patebit ī. ij. libro 1
diuina eēntia ē deo rō oīa diſticte ꝓducēdi. g̃
erit ſibi rō omnia diſtincte cognoſcēdi. Ma
ior patet. quia agēti p intellectū ide; eſt ratio
agendi ⁊ cognoſcēdi. ⁊ p conſequēs idē eſt ra
tio diſtincte agēdi ⁊ diſtincte cognoſcēdi ¶ P 2
illud qd̄ ē menſura pfecta oīm intelligibiliū
ē rō diſtincte cognoſcēdi oīa intelligibilia.
ſed eēntia diuina ē mēſura oīm intelligibiliū

Maior pꝫ. qꝛ mēſura pfecta ē rō cognoſcēdi
diſticte ipm mēſuratū. Minorē pbo. qꝛ pmū
i qlibet genere ē mēſura oīm ceteroꝝ. vt dr̄. x.
meth. ſꝫ eēntia dīna int oīa intelligibilia ē p/
mū ⁊ ſūmū itelligibile. cū maxīe ſit imunis a
materia. q ē ipedimētū itelligibilitatꝭ. ḡ ipſa ē
mēſura certiſſima oīm intelligibiliū. ḡ p ↄñs
ē rō cognoſcēdi diſtincte oīa intelligibilia.
3 ¶ P. qñcūqꝫ aliqd pfecte ↄtinet pncipia di/
ſtinctiua aliquoꝝ. illud pfecte cognitū eſt rō
diſticte cogſcēdi oīa ea qꝫ pfecte ↄtinet pnci
pia diſtinctiua. ſed diuia eēntia pfecte ↄtinet
pncipia diſtictiua oīm. qꝛ ipſa pfecte cōtinet
pfectiones oīm. vt pꝫ p philoſophos ⁊ theo
logos. ḡ ipſa a deo pfecte cognita neccīo eſt ſibi
rō diſtincte cognoſcēdi oīa. ¶ P. oē quod
4 eēntia diuia diſtincte repn̄tat. h intellectꝰ pfe
cte eā cognoſcēs diſtincte cognoſcit. Sꝫ eēn
tia dīna ē oīm diſticte repn̄tatiua. Maior pꝫ
minorē pbo. qꝛ nō minoris efficacie ē dīna eſ/
ſentia vt forma exēplaris ad oīa repn̄tādū. qꝫ
vt ē dei potētia ad pducendū. ſed eēntia diuia
ↄſiderata vt ē potētia ē deo rō oīa pducēdi. ḡ
vt ē forma exemplaris artificis q eſt deus ne
5 ceſſario repn̄tat oīa. ¶ P. Algazel i metaphi
ca ſua. tractatu. iij. ſnīa. iij. ait ſic de deo. Ipſe
ſcit ſe ſicuti ē. qm ipſe nudus. aptus ⁊ certiſſi/
me manifeſtus eſt ſibijpſi ſm ꝙ ipſe eſt. certi
tudo ꝟo eſt hoc ꝙ ipſe eſt puꝝ ⁊ veꝝ ens. fōs
eſſendi ſubas ⁊ accidētia. et quicqd ipſa ſunt
ſm ordinē ſuū. igr̄ ſi deus nō cognoſceret di
ſtinctū ordinē reꝝ. cū ipſe ſit principiū ⁊ fons
hmōi ordinis. ipſe ſeipm nō noſceret ſicuti ē.
quod eſt ↄtra pncipium illius auctoritatis.
Scda ps ↄ. ↄclōis pbaꝝ. ¶ Scdam ptē illius ↄcluſionis ſic pbo. Qꝛ
ſi diuina eēntia ex hoc ꝙ eſſet oīm repn̄tatiua
eēt intrinſece diſtincta. hoc vl̄ eēt p aliq diſti
1 ctiua abſoluta vl̄ relatiua. Nō pmo mō. qꝛ ſi
tot diſtinctōes abſolutoꝝ repirent̄ i diuia eſ
ſentia quot ipſa repn̄tat. tunc cū ipſa infinita
repſentet vt infra patebit. ſequit̄ ꝙ diuina eſ/
ſentia oīm compoſitoꝝ eēt maxime ⁊ ſumme
ↄpoſita. Omē em̄ abſolutū in eadē re ↄdiſtin
ctum alteri abſoluto facit ipſam eē cōpoſitaꝫ.
⁊ ideo ſi infinita talia fuerint in aliquo. ipſuꝫ
infinitū erit cōpoſitū. Nec ſcdo mō. qꝛ hmōi
relationes vel eēnt reales vel rationis. Non
reales. qꝛ vt ſup̄ patuit. relationes in diuinis
nō ſunt reales niſi relatōes originis. relatōes
aūt originis nō ſunt diſtinctiue eēntie ſed p
ſonaꝝ. Si ꝟo fuerint relationes rōnis. tunc
p ipſas eēntia intrīſece ⁊ ex natura rei nō pote
Cōfirmat̄ rit eē diſtincta. ¶ Et ↄfirmat̄. qꝛ nulla rela/
tio dei ad creaturā ē realr̄ i deo. ſed ſolū ſm ra/
tionē. vt patuit ſupius. ſed oīs relatio q ↄue/
nire pt diuie eēntie ex eo ꝙ ē creaturaꝝ repn̄ta
tiua ē relatio dei ad creaturā. ḡ nulla tal̄ rela/
tio ex natura rei intrīſece poterit eē diſtictiua
diuie eēntie. ¶ P. eodē actu penitꝰ indiſticto 2
cognoſcit deus ſe ⁊ oīa alia a ſe. ergo ⁊ eadē rō
ne intrinſece penitus indiſtincta ex natura rei
Añcedēs pꝫ. qꝛ ſi pluribꝫ actibꝫ deꝰ ſe cogno
ſceret ⁊ alia a ſe. tūc hmōi actus cū ipo cogno
ſcēte realē facerēt ↄpoſitiōeꝫ. Cōſeqn̄tiā pbo.
qꝛ nō ē minor diſtinctio i pncipiatꝭ qꝫ i pnci
pijs. ſed ſm nr̄m modū cognoſcēdi rō intelli
gēdi ē qſi pncipiū reſpectu actꝰ intelligendi. ⁊
iō nō pōt eē minor diſtinctio in actu quo deꝰ
cognoſcit ſe ⁊ alia qꝫ in ſua eēntia q eſt ſibi rō
cognoſcēdi ſe ⁊ alia. ¶ P. illa videt̄ eē intētio 3
ſanctoꝝ doctoꝝ. Ait em̄ Dyoni. de diui. no.
ca. vij. Diuina mens nō ex exn̄tibus exn̄tia
nouit ſed ex ſeipſa. nō ſm diuiſionē ſingulr̄ ſe
imittēs. ſꝫ ſm vnā cāe ↄtinētiā. Et ſeqt̄ ibidē
Cognoſcit. n. oīa materialia imaterialr̄. ⁊ di
uiſibilia indiuiſibilr̄. ⁊ multa vnitiue.

Cōclo 4

# Quarto dico ꝙ cre

ature a deo cognite pn̄t aliquo mō dici obie/
cta ſecūdaria cognitiōis diuine. Qꝛ omē qđ Ratio
a deo vere cognoſcit̄ ſue potētie cognitiue aliq
modo obijcit̄. ſed omnis creatura a deo vere
cognoſcit̄. ergo aliquo mō ſibi obijcit̄. Cum
igit̄ nō poſſit ei obijci vt obiectū pmariuꝫ.
qꝛ ſic ſibi ſola ſua eſſentia obijcit̄. ergo obijcie
tur ſibi tanqꝫ obiectū ſecūdariū. Maior pa/
tet. qꝛ nō eſt ↄceptibile ꝙ aliquid vere intel/
ligat̄ ab aliquo ⁊ pfecte qꝫtum ad omnē enti
tatē ppriaꝫ ⁊ ↄmunē. ⁊ tamē ſibi nullatenus
obijciat̄. Minorē autē non oportet pbare ali
cui catholico pter euidētes auctoritates ſa/
cri canonis ⁊ ſanctoꝝ doctoꝝ quibꝫ affirmat̄
deū oīa cognoſcere nude ⁊ apte. ¶ Sed ↄtra Aureolus
riū iſtius ponit quidā doctor. Ait em̄ primo
ꝙ nulla creatura nec aliquid extra deum relu
cet eiꝰ itellectui obiectiue. nec p modū obiecti
ſcdarij. nec p modū obiecti pmi. ¶ Et illđ pro 1
bat ſic. Impoſſibile e aliqd qđ ē pfectō ſi i deo
depēdere a nō deo. Sꝫ ſi itellectio dīna termi
naret̄ ad creaturas poſitas i eē pſpecto. tūc il
la intellectio que ē dei pfectio depēderet a nō
deo. ſcꝫ ab hmōi intellecta creatura. quod pa
tet. qꝛ impoſſibile eſt aliquā intellectionē ter/
minatā ad aliqđ obiectū manere nō pmanente
illo obiecto ¶ P. pmū principiū intantū eſt 2

pfectū ꝙ nō pficiť p aliqͩ extra ſe nec efficien
ter. nec formaliter. nec coexigēter. Sed ſi itel/
ligeret aliqͩ extra ſe pficereť p illud. qꝛ intel/
lectio eſt pfectio intelligētis. cū bonū vniuſcu
iuſqꝫ rei ꝯſiſtat ī ſua opatione. vt pꝫ. i. ethic.
Hec aūt pfectio coexigeret aliqͩ extra deū. et
ita deus pficereť p aliqͩ extra ſe coexigenter.
3 ¶ P. ſi intuit⁹ diuinus aliqͩ extra ſe ꝯtinge
ret obiectiue. tūc diuiſio ꝯtinui necio eēt eua
cuata ī eius intuitu. Sed ꝯńs ē impoſſibile.
Probať ꝯńtia. qꝛ aut ī tali intuitu ponerenť
oēs ptes diuiſe ꝛ diſtincte. ꝛ tūc habereť ppo/
ſitū. aut ponerenť tm̄ aliq̄ ptes ſub certo nūe/
ro quaꝝ q̄libet vlterius ē diuiſibil'. ꝛ tūc diui
nus intuitus eēt ī potētia. ꝛ poſſꝫ ſibi aliquid
accreſcere diuidēdo. ſ. quālibet illaꝝ ptiū. imo
poſſet pficere ī infinitū. ſicut ꝛ intellectus nr̄.
cū hmōi ptes ſint diuiſibiles ī infinitū. Et ex
hoc infert ille doctor ꝙ ipoſſibile ē ꝙ aliquid
aliud a deo ponať ī ſuo intuitu. qꝛ q̄ rōne ali/
qͩ ponereť. eadē rōne oēs ptes ꝯtinui ponerē
tur. Sed falſitatē ꝯńtis ipſe pbat. Quia ſi
ſtaret diuiſio ꝯtinui. aut ſtaret ad ptes indi/
uiſibiles. aut ad ptes diuiſibiles. Nō primo
mō. qꝛ tūc totū ꝯtinuū eēt ꝯpoſitū ex indiuiſi
bilibꝫ. Nā ex ill' res pmo ꝯponiť in q̄ vltimo
reſoluiť. Nec ſcd̄o mō. qꝛ q̄libet ps diuiſibil'
pōt vlteri⁹ diuidi. ꝛ ſic ſtaret diuiſio ꝛ nō ſta
4 ret ¶ P. ſi res extrinſece a deo q̄s intelligit po
nerenť ī eius intuitu. ſequereť ꝙ ī diuino itui
tu eēt obiectiue magnitudo actualiter infini
ta. Cōſequētia pbať. qꝛ diuin⁹ intellect⁹ pl⁹
pōt qꝫ human⁹. ſed human⁹ intellect⁹ ad quā
cūqꝫ datā magnitudinē pōt ſp aliqͩ addere.
pncipiū. n. mathematicū ē ꝙ magnitudo cre
ſcit ī infinitū. ꝛ ꝙ cuilibet date magnitudini
pōt fieri additio. g̃ ꝛ diuin⁹ intellect⁹ ad quā
libet magnitudinē pōt addere. Aut g̃ pcedit
ꝯtinue ſucceſſiue addēdo. ꝛ hoc nō. qꝛ tūc eſ
ſet ī potētia. ꝛ p ꝯńs impfect⁹. Aut ſtabit ad
aliquā magnitudinē finitā. ꝛ hoc nō. qꝛ tunc
nō omī magnitudini poſſet fieri additio. aut
ſtabit ī magnitudine infinita. ꝛ tunc habeť p
poſitū. ſed h̄ ē impoſſibile. ſ. ꝙ magnitudo in
finita ſit ī diuino pſpectu. qꝛ q̄ rōne ibi pone
reť eadē rōne a deo poſſet pduci in effectu qͦd
ē impoſſibile. Nā infinitas ꝛ actualitas con
tradicūt cum infinitū ſit ī potentia pmixta
5 actui. vt pꝫ. iij. phicoꝝ ¶ P. ſeq̄reť ꝙ omnes
ſpēs numeroꝝ eēnt actu poſite ī eius intuitu
ꝛ pſpectu. intelligit em̄ deus oēs numeros.
cū eius ſapie nō ſit numer⁹. ſed impoſſibile ē
vt ille dicit pceſſum numeroꝝ in infinitū eſſe
euacuatū. ꝛ exiuiſſe in actū etiā ī diuino pſpe
ctu. ¶ P. ſi deus obiectiue ī ſuo intuitu hrēt 6
res q̄ ſunt extra ſe. tūc ſi vera ē illa opinio que
dicit ꝙ deus ī infinitū q̄cūqꝫ ſpecie data ſp pt
creare nobiliorē ſpēm. ſeq̄reť ꝙ deus ī ſuo itui
tu hrēt aliquā creaturā infinitā ī infinitū di/
ſtantē a pma ſpecie. qͦd ē impoſſibile. ¶ Se/ Scd̄a poſitiō aureo.
cūdo dicit ille doctor. ꝙ creature nō ſunt ob/
iecta ſcd̄aria terminātia intuitū diuinū relu/
cētia tanqꝫ ī ſpeculo ī eēntia diuia. ſicut videť
fingere imaginatio cōis. Cꝫ ſi ſic. tūc diuin⁹ 1
intellectus videret creaturas p aliā ſilitudinē
qꝫ p eēntiā ſuā. Nā ꝛ nos cū videm⁹ res ī aliq̄
ſpeculo. p aliā ſimilitudinē videm⁹ tales res.
ꝛ p aliā ſilitudinē videmus ipm ſpeculū ¶ P. 2
ſicut ſe habꝫ intellectio ad intellectōem. ſic in
tellectū ad intellectū. ꝛ intuitū ad intuitū. ſꝫ
intellectio q̄ deus intelligit creaturā nō ē alia
ab intellectōe q̄ deus intelligit ſuā eēntiā. g̃ et
intuitū p intellectōem q̄ intelligiť creatura n̄
eſt aliud qꝫ intuitū p intellectōem q̄ intelligi
tur eēntia. Cōſtat aūt ꝙ res lucēs ī ſpeculo eſt
aliud a ſpeculo. Nō igr̄ lucet creatura in deo
tāqꝫ ī ſpeculo. imo nō eſt aliud deū intelligere
creaturā qꝫ intelligere ſuā ppriā eēntiā. ita ꝙ
nō ſunt ibi duo intuitu ſed vnū ſolū. ¶ Et in
fra in pncipio ſcd̄i articuli ait. ꝙ nullo mō cō
cedi pōt ꝙ deus intelligat creaturas ſic. ꝙ in/
tuitū ſuū ferat ſup eēntiā. ꝛ ex hoc vlteri⁹ pce
dat vſqꝫ ad creaturaꝫ. ita ꝙ ſint duo intuitu.
deus. ſ. ꝛ creatura. ꝛ ſit ibi pluralitas ac mul/
titudo intellectoꝝ. ꝛ ponat numerū creatura
cū deo in rōne intellecti. ¶ Pōt tm̄ cōcedi vt
ipſe ait. ꝙ deus intelligit creaturā ſic. ꝙ ſuum
intuitū terminat ad eēntiam ibi ſiſtēdo ꝛ nō
vlterius pcedēdo. ꝛ ex hoc eminēter et pl⁹ qꝫ
eq̄pollēter attingit omne aliud extra ſe. ita tn̄
ꝙ nō ſit ibi aliq̄ multitudo intellectoꝝ ī deo.
nec ponāt ī numeꝝ creatura vt intellecta cuꝫ
diuina eēntia vt intellecta. ſed ē penitus vnū
ſimpliciſſimū intellectū ¶ Sed illa dicta cā Cōtra aureolum.
ratōi qꝫ textui ſacri canonis videnť repugna
re. Rōni quidē. Quia omē agēs p intellectū 1
ꝛ voluntatē ſicut attingit effectū p opatōem
ſuā pductiue. ſic neceſſe ē ꝙ p intellectōem ſu
am ipm attingat obiectiue. Sed de⁹ cum nō
agat ex necitate nature. ipſe em̄ eſt agēs p in
tellectū ꝛ volūtatē. ꝛ oēm effectū attingit p ſu
am opatōem pductiue. g̃ etiā attinget euꝫ p
intellectionē ꝛ volitōem ſuā obiectiue. ¶ P. 2
deus intelligēs creaturā intuēdo eēntiaꝫ ſuā
mō quo ille ponit. aut intelligit creaturā eſſe
aliā ab eēntia ſua. aut nō intelligit eā eſſe aliā

ab eẽntia ſua. ¶ Si ꝑmo mõ. tũc ncc̃io deus ſi/
ue diuina eẽntia ⁊ creatura ſunt apphẽſa vt
duo intellecta ſeu duo intuita. qđ ille firmiſſi
me negat. Si ſcđo mõ. tũc diuia intellectio
3 eẽt falſa. qđ eſt impoſſibile. ¶ P. ea que a deo
intelligunť cũ aſſertõe ꝯdictorioꝝ illa nccio
intelliguntť vt multa intellecta. ⁊ nõ vt vnũ
tm̃ intellectũ. Illa pꝫ. qꝛ ꝯdictoria ꝑdicata ñ
pñt intelligi eidẽ ꝯpetere ſm ꝙ idẽ ẽ. Sꝫ de⁹
oẽꝫ creaturã itelligit vľ eẽ ꝓductã vel eẽ ꝓdu/
cibilẽ. eẽntiã vo ſuã intelligit oĩno eẽ nec ꝓdu
ctã nec producibilẽ. ğ eẽntiã ſuã ⁊ creaturam
ncc̃io intelligit vt plura ĩtellecta ⁊ nõ vt vnũ
4 tm̃. ¶ P. Si cognitio dei in ſolius ſue eẽntie
intuitione ſiſteret. et vlterius ad nihil aliud
ſe extenderet. tũc deus nec poſſet eẽ vltoꝛ ma/
loꝝ. nec p̃miatoꝛ bonoꝝ. qđ eſt ꝯtra omnẽ ca/
tholicã veritatẽ. Cõſequẽtia ſatis pꝫ. qꝛ om̃i
no ſiſtẽdo ĩ ſolius ſue eẽntie ſimpliciſſimo in/
tuitu cũ abnegatõe oĩs extẽſionis ſue cogniti
onis ad qđcũqꝫ qđ nõ eſt ſua eẽntia. tunc nec
bonũ nec malũ creature vt creatura eſt appre
henderet. ⁊ ꝑ ꝯſequẽs talium nec p̃miatoꝛ eẽ
5 poſſet nec punitoꝛ. ¶ P. malũ nullũ equiua
lens habet in deo. maxie loquẽdo de malo cul
pe. qđ nec virtualiter nec formaliter ꝯtinetur
in deo. Cũ igiť deus cognoſcat malũ culpe cu
iuſcũqꝫ pctõris. ğ nõ om̃e quod deus cogno/
ſcit de his q̃ ſunt extra ſe cognoſcit totaliter ſi
ſtẽdo in illo eminẽti ⁊ plus q̃ꝫ equiualẽti ſicut
in bonis. cũ nõ ſolum deus cognoſcat bonũ
ſed etiã malũ. iuxta illud Prouerb. xv. In
omni loco oculi dñi ꝯtemplanť bonos ⁊ ma
los. ¶ Rationes etiã ſue nõ concludũt. Qui
libet eñ catholicus vt ego puto habet ſoluere
illas rationes. nec magis ſunt ꝯtra nos q̃ꝫ cõ
tra iſtũ qui facit eas. Nã tacẽdo de illa termi
natione obiectiua. et ſolũmodo ponẽdo ꝙ de/
us cognoſcat creaturaꝫ. nõ minus procedũt
ille ratõẽs q̃ꝫ adiungẽdo p̃dictã terminatõeꝫ
Solutio ¶ Ad primũ igiť dicendũ ꝙ minoꝛ eſt falſa.
Ad 1 Ad ꝓbationẽ dico ꝙ noticia qua de⁹ creatu/
ras intelligit non mutať mutata creatura. q̇a
creatura nec mẽſurať nec cauſať. Ex ſola igiť
mutatione facta ĩ creatura nulla mutatiõ fa
cta in dei noticia deus eandẽ creaturã quã qñ
q̃ꝫ cognouit creabilẽ ⁊ non creatã. nũc cogno
ſcit eſſe creatã. qua deſinẽte eſſe iteꝝ cognoſcit
ipſam eſſe creabilẽ. ⁊ quãdoqꝫ fuiſſe creatam.
¶ Etiã illa probatio eſt ꝯtra illũ doctorem.
qꝛ ipſe in diſtinctõe. xxxvi. q. i. articulo. ij. di/
cit. ꝙ ſciẽtia noſtra nec requirit ꝙ res ſcita ſit
in ſe. nec vt habeat eẽ in ſuis principijs. quia

ſciẽtia abſtrahit tam ab eſſe actuali ipſius ſci
bilis q̃ꝫ ab eẽ eius potentiali. Et ſic ſciẽtia no
ſtra haberet maioꝛẽ ſtabilitateꝫ q̃ꝫ noticia dei
ſi noticia dei ad res creatas q̃ꝫuiſcũqꝫ ſecũda/
rie terminata mutať ad mutationẽ rerũ. ſicut
aſſumiť in ꝓbatione illius minoris. ¶ Ad ſe Ad 2
cundũ dicendũ ꝙ deũ ꝑfici creatura coexigen
ter poteſt dupľr intelligi. Uno modo ꝙ deus
coexigat creaturã q̃ꝫtum ad ꝓprium eſſe ipſi/
us creature. Alio modo q̃ꝫtum ad eẽ repſenta
tum ſeu q̃ꝫtuꝫ ad eſſe cognitũ. Primo modo
deus nõ coexigit creaturã. ſed ſecundo mõ ne
ceſſario coexigit eaꝫ. Eadẽ. n. neceſſitate qua
deus eſt ꝑfectus omni ꝑfectione. vt pꝫ. v. me
taph. ipa eadẽ neceſſitate oĩs creatura ẽ virtu
aliter ꝯtẽta ⁊ originaliter repñtata in ipſa di/
uina eẽntia. ⁊ ncc̃io a deo cognita. Sicut igi
tur de⁹ ad eẽ ſuũ diuinũ puta ad hoc ꝙ ſit de/
us coexigit ncc̃io ꝯtinẽtiam oĩs creature vel
formalẽ vel virtualẽ. ſic ex ꝯſequẽti neceſſario
coexigit determinatã noticiã omnis entitatis
ab ipſo dꝛñtis ſiue create ſiue creabilis. ideo
nõ poteſt deus ſuã noticiã nõ extẽdere ad cre
aturã factam vel fiendã ſeu poſſibilẽ fieri. Et
quia eẽntia diuina nec eſt facta nec fiẽda. nec
vnq̃ꝫ fuit poſſibilis fieri. ideo talis noticia dei
qua deus cognoſcit ꝓprie creaturam. aliquo
mõ ſe extendit vltra diuinã eẽntiaꝫ. nec ſi ſtit
om̃ino ibi. qꝛ attingit alia ſaltẽ vt obiecta ſe/
cũdaria. ¶ Ad terciũ dđm ꝙ multi ſolẽnes Ad 3
doctores nõ reputãt illud ꝯſequẽs eẽ impoſſi
bile. qꝛ ipſi ponũt ꝙ ꝯtinuum ſit ꝯpoſituꝫ ex
indiuiſibilibꝫ. ⁊ illa ratio eſt vna de potioribꝫ
quas ipſi adducũt. Sed qꝛ quaſi omnes pe
ripatetici. quos ego ſequoꝛ ĩ phĩa. vbi eoꝝ di
cta fidei nõ repugnãt. oppoſitũ aſſerũt. ideo
rñdeo ad formã rationis negãdo ꝯſequẽtiã.
Ad ꝓbatõem dico ꝙ nũq̃ꝫ oẽs ꝑtes cuiuſcun
q̃ꝫ ꝯtinui ponenť ſimul ĩ dei ĩtuitu. qꝛ ſicut de
us nõ põt intelligere ꝑtes motus tanq̃ꝫ entia
ꝑmanẽtia. qꝛ de natura eaꝝ eſt ꝙ ſint in qua/
dam ſucceſſione. ſic deus nõ põt om̃s tales ꝑ
tes que ſucceſſiue fiunt ex diuiſione ꝯtinui ſi
mul intueri. qꝛ de natura taliũ ꝑtium eſt ꝙ ſp
ſint in fieri. ⁊ nũq̃ꝫ in totali facto eẽ. vt patꝫ ꝑ
Ariſto. ⁊ ꝯmẽ. iij. phĩcoꝝ. Nec ex hoc ſcĩa dei
ẽ ĩ aliquo imꝑfecta ꝙ illud nõ intelligit qđ ñ
ẽ intelligibile ſicut nec potẽtia ſua ex hoc ẽ im
ꝑfecta. qꝛ nõ ꝓducit illud qđ nõ eſt ꝓducibi
le puta ꝯdictoria ſimul. Nec etiã ꝑficit deus
in noticia ex hoc ꝙ tales ꝑtes noſcit diſtincte
quas qñq̃ꝫ nouit indiſtincte. ſicut nõ profi/
cit ex hoc ꝙ nũc cognoſcit aliquid eẽ creatum

quod ab eterno nō cognouit eē creatū. Etiā
ratio nō eſt plus ꝯtra nos ꝗꝫ ꝯtra iſtū qui eā
adducit. quia aut ipſe dicit deum nihil intel
ligere de his que ſunt extra ſe. ⁊ tunc ipſe habe
bit fidem catholicam ⁊ ſacram ſcripturā con
tra ſe. aut concedit deū intelligere ea q̄ ſunt ex
tra ſe. ⁊ tūc illa rō nō minus ꝓcederet contra
Ad 4 eū ꝗꝫ cōtra me. ¶ Ad quartū dōm ꝙ ꝯſeq̄ns
nō eſt falſuꝫ. Ad ꝓbatōem dōm. ꝙ de⁹ plura
pōt intelligere ꝗꝫ natura rei pōt ſuſcipe. vl' ꝗꝫ
effectus poſſit pati. Pōt em̄ deus intelligere
materiaꝫ ſine forma. eo ꝙ materia de ſe aliq̄d
habeat entitatis p̄ter oēꝫ entitatē cuiuſcunqꝫ
forme. īpoſſibile tn̄ ē materiā ꝓduci ī eē ſine oī
forma. qꝛ tūc materia ſil' eēt ⁊ nō eēt. qꝛ oē eē ē
a forma. Dato ḡ ꝙ deus ſil' app̄hēdat magni
tudinē infinitā. qꝛ ipſe pōt oēs magnitudīes
ſil' app̄hēdere q̄s ſucceſſiue pōt ꝓducere q̄ ſūt
nūero infinite. ⁊ p ꝯn̄s ī ſuo ꝓſpectu ſimul ūi
cte faciūt magnitudinē infinitā. hmōi tn̄ ma
gnitudo īfinita nō p̄t ꝓduci. vt aliq̄ doctores
dicūt ꝓpter repugnātiā ex p̄te effect⁹ ꝓducti.
Etiā falſū aſſumit cū dr̄ ꝙ infinitas ⁊ actuali
tas repugnāt. vt patebit in. ij. li. diſt. i. q. ij. ar
Ad 5 ti. iiij. ꝯcluſione. i. ¶ Ad quintū ꝯcedo ꝯn̄s
⁊ ꝯn̄tiam. ⁊ nego impoſſibilitatē ꝯn̄tis. Quia
b. Aug. expſſe dicit deū comp̄hēdere oēm ſpe
ciē numeroꝝ. Un̄. xij. de ciui. dei. ca. xviij. con
tra ponētes animaꝝ circulationē ad ſaluādū
mūdi eternitatē. ait ſic. Quāuis infinitoruꝫ
numeroꝝ null⁹ ſit numer⁹. nō eſt tn̄ incomp/
henſibilis ei cui⁹ ſcie nō eſt numer⁹. Et pauc̄
interpoſitis ſubdit. Quid nos ſum⁹ homun
culi qui ei⁹ ſcie limitē figere p̄ſumimus. cui⁹ ſa
piētia ſimplex. multiplex ⁊ vniformis. mul/
tiformis tā incomp̄hēſibili comp̄hēſione oīa
incomp̄hēſibilia comp̄hēdit. Et ca. xviij. ait.
Quicq̄d ſcia ꝯp̄hendit ſciētis ꝯp̄henſiōe fini
tur. ꝓfecto ⁊ omīs infinitas numeroꝝ quodā
ineffabili mō deo finita ē. qꝛ ſcie ipſi⁹ incomp
Ad 6 hēſibilis nō eſt. ¶ Ad ſextū dicendū ꝙ ſi vel
lem tenere illā opinionē. tūc nō haberē pro in
conueniēti ꝙ deus haberet in ſuo ꝓſpectu ali
quā naturā ab ipſo ꝓducibilē ī infinitū diſtā
tem a prima ſpecie. Illa tamē natura dato ꝙ
in effectu producta haberet oēs ꝑfectōes cete
raꝝ ſpecieꝝ que eēnt citra ipſam. adhuc tn̄ in
infinitū diſtaret a ꝑfectione dei. quia omnes
hmōi ꝑfectiones haberet ꝑticipatiue. de⁹ au/
Solutio tem ipſas ꝯtineret eminēter. ¶ Ad primuꝫ ad
rōnū ſcd̄e ductū ꝓ ſecūda poſitione dicenduꝫ. ꝙ idea q̄
poſitiōis. eſt ratio cognoſcēdi creaturam. ꝗꝫuis ſm ra/
Ad 1 tioneꝫ poſſit dici alia ſimilitudo ab eēntia vt

eēntia ſm ſe ⁊ abſolute ꝯcipit̄. nō eſt tn̄ alia ſi
militudo ab eēntia vt ipſa eēntia intellecta ē
ab intellectu diuino ſm ꝙ aliter et aliter imi/
tabilis eſt a creatura vel creabili. Nec illud ē
ſimile p oīa ſicut ille aſſumit de ſpeculo ma
teriali. Nā ſpeculū materiale nō continet vir
tualiter ⁊ eminēter res quaꝝ tenet imagines.
nec p ſeipm̄ immediate cognoſcit̄ cum ſit ma
teriale. quoꝝ oppoſitū apparet in ſpeculo qd̄
eſt diuina eēntia. ¶ Ad ſcōm dicendū ꝙ ma Ad 2
ior iuxta illam applicationē. puta ꝗꝫtum ad
numerationē intellectionū ſm numeꝝ intel/
lectoꝝ nō eſt vera. cū vnū obiectoꝝ intelligit̄
⁊ alteꝝ cointelligit̄. qꝛ tunc nō obſtāte diſtin
ctōe obiectoꝝ. ambo tn̄ intelligūt̄ vnica intel/
lectione. vt declaraui ſupius diſt. xxi. ꝯclone
i. cū igit̄ obiectū ſecūdariū ſit quaſi q̄ddā co/
intellectū. igit̄ ⁊c. ¶ Ad ꝑncipale argumētū Ad ꝑnci/
dicēdū. ꝙ reflexio actus dupl'r pōt intelligi. pale argu
Uno mō rōne cognoſcētis. puta qꝛ intelligi mentum.
tur ipm̄ intelligēs. Alio modo ratione actus
cognoſcēdi. puta quia intelligit̄ actus cogno
ſcendi. Prima reflexio nō impedit p̄mitatē
ſed auget. quia omne ꝑfecte cognoſcens pri/
us cognoſcit ſeipſum ꝗꝫ alia a ſe. ſicut patꝫ in
omnibus angelis. Alia autem reflexio impe/
dit actus p̄mitatem. Argumentū autē pro
cedit de prima.

¶ Diſtinctio triceſimaſexta.

# Olet hic que

ri ⁊c. Poſtꝗꝫ mgr̄ determiauit
de ſcia dei ſm ſe. hic tractat de ea
ꝯpatiue. Et diuidit̄ in duas p̄tes. Nā p̄mo
facit compatiōem inter deum ſciente ⁊ res ſci/
tas. Secūdo inter dei ſciam ⁊ res ſcitas. diſ.
xxxviij. ibi. Nūc ḡ ad ꝓpoſitū. ¶ Circa pri/
mum eſt aduertendum ꝙ res ſcita ſm ꝙ ſci/
ta eſt in ipſo ſciēte. igitur magiſter duo facit.
Primo em̄ oñdit quō res ſcite a deo ſūt ī ipo
deo ſciēte. Scd̄o ecōuerſo quō ipſe deus eſt ī
rebus ſcitis. diſtinctiōe. xxxviij. ibi. Et qm̄ de
monſtratū eſt. Prima ī duas. Quia primo
mouet duplicē queſtionē. quaꝝ cuilibet adiūn
git ſuā declarationē. Secūdo ponit dictorū
ſuoꝝ ſpecialē declarationē. ibi. Proinde dili/
genter. Prima in duas. Nam primo querit
vtrum oīa que deus ſcit ſint in deo. Secūdo
vtꝝ mala ſint in deo. ibi. Poſt p̄dicta ⁊c. Et
hec in duas. Nam primo queſtionē mouet.
Secūdo ad eaꝫ r̄ndet. ibi. Quis autem niſi

inſanus. Et iſta diuidit̃ in duas ptes. Quia
primo probat in deo nõ eẽ mala. Scdõ oſtẽ
dit in deo tm̃modo eſſe bona. ibi. Et inde eſt.
Prima in tres. Nam primo oſtẽdit mala nõ
eſſe in deo. Secũdo oſtẽdit ꝙ hoc nõ obſtan
te omnia mala ſunt cognita a deo. Et tercio
innuit ꝙ aliquo modo aliter et aliter bona et
mala ſunt a deo cognita. Secũda ibi. Sed
quomõ a lumine. Tercia ibi. Apparet itaqꝫ
¶ Sequitur illa pars. Proinde ſi diligẽter
Et diuiditur in duas ptes. Quia primo ma
giſter q̃ ſupiꝰ dixerat explanat ꝛ declarat. Se
cũdo dicta ſua colligẽdo recapitulat. ibi. In
pmiſſis apertũ eſt. ¶ Circa iſtam diſt. xxxvi.
quero hanc queſtionẽ.

Utrum mala habeant ideam in deo.
Et videt̃ ꝙ ſic. quia ea que deus co
gnoſcit vidẽtur habere ideam in deo.
Nam idee nõ ſolum ponũtur in deo ad ope
randũ. ſed etiam ad repñſentandũ. ꝛ p ꝯſeq̃ns
ad cognoſcendũ. Sed deus cognoſcit mala
nõ ſolum pene. ſed etiam culpe. Nam medi
cus debet cognoſcere infirmoꝝ vulnera. et iu
dex ſentẽtiandoꝝ delicta. Deus autẽ eſt peni
tentiũ medicus ꝛ curator. ipſe em̃ eſt verus ſa
maritanus qui in vulnera ſemiuiui relicti in
fudit vinum ꝛ oleum. ꝛ eſt obſtinatoꝝ iudex
ꝛ condemnator. ergo ꝛc. ¶ Contra. illud qd̃
de ſe eſt nõ ens nõ habet ideam ꝓpriam ĩ deo.
quia omne quod habet ideam ꝓpriam in deo
eſt a deo producibile. ꝛ p conſequẽs habet na
turam entis. ſed malũ culpe nõ habet ratõeꝫ
entis. cum ſit quedã priuatio. ꝛ priuatio de ſe
eſt nõ ens. vt patet. i. phiſicoꝝ. nec eſt produ
cibile a deo. quia ſi deus produceret malũ cul
pe tunc ipſe peccaret. quod eſt impoſſibile.
¶ Hic ſunt quattuor vidẽda. ¶ Primo vtꝝ
diſtincte idee ſint in deo. Secũdo vtrum in
finite idee ſint in deo. ¶ Tercio vtrũ malum
culpe habeat ideam in deo. ¶ Quarto dato
ꝙ nõ. videndum eſt quomodo deus cogno
ſcat malũ.

Articlo i

# Quãtuꝫ ad primũ

vtrum diſtincte idee ſint in deo. ponam tres
concluſiones. ¶ Prima eſt ꝙ idee ĩ diuinis
nõ ſunt diſtincte ex natura rei. ¶ Secunda
ꝯcluſio eſt ꝙ nõ ſunt diſtincte p actum intel
lectus creati. ¶ Tercia eſt ꝙ ſunt diſtincte p
Lõclo i actum intellectus diuini. ¶ Primã pbo ſic.
Si em̃ idee diſtinguerẽtur formaliter ꝛ ex na
tura rei ĩ mente diuina. aut diſtinguerent̃ vt
abſoluta. aut vt reſpectiua. ſed nec ſic nec ſic.
vt pbabo. g̃ ꝛc. Maior patet p ſufficientẽ di
uiſionẽ. Minorẽ pbo q̃tum ad ambas ſu
as ptes. Primo quo ad primã. q2 ſicut ſe ha
bet entitas ad ens. ſeu materialitas ad mate
riã. ſic formalitas ad formã. ſicut ergo nõ poſ
ſunt eſſe diſtincte entitates niſi ſint diſtincta
entia. nec diſtincte materialitates niſi ſint di
ſtincte materie. ſic nec diſtincte abſolute for
malitates ex natura rei niſi ſint diſtincte for
me abſolute. q̄s impoſſibile ẽ ponere ĩ diuis.
g̃ ꝛc. Iſta minor etiam poteſt ꝓbari p om̃ia
que dixi diſtin. vi. contra formalitates. et per
tres rationes quibꝫ q̄one ꝓxima pcedẽti pro
baui ſcdãm ptẽ tercie ꝯcluſiõis. ¶ Sed alte
rã ptẽ iſtius minoris pbo ſic. Si idee ĩ diuia
eẽntia intrinſece ex natura rei dicerẽt diſtictaſ
relatões. ſequerẽtur tria incõuenietia. ¶ Pri
mũ eſt. ꝙ deus infinitis realibus relationibꝫ
referretur ad creaturam. quia infinite ſũt idee
in deo. vt infra patebit. quarum qualibet de
us refert̃ ad creaturam vel conceptã vt crea
ta eſt vel vt creabilis eſt. falſitas ꝯſequẽtis pa
tet diſtinctione. xxx. cõcluſione. i. articulo. ij.
¶ Secundũ incõueniens eſt ꝙ aliqua res q̃
idẽtice ideꝫ eſt quod deus nõ erit naturaliter
prior creatura. q2 vt pꝫ ĩ pdicamẽtis relatiua
ſunt ſimul natura ſiue naturali intelligẽtia. g̃
relatio quã dicit idea. ꝛ relatio quã dicit idea
tũ ſimul ſũt natura. ſed relatio quã dicit idea
ſi ẽ entitas real'. tũc neccio ẽ idẽtice idẽ deo. q̃a
om̃e qd̃ ẽ in deo ẽ idẽ deo. relatio aũt quam di
cit ideatũ eſt vera creatura cũ fundet̃ ĩ creatu
ra. g̃ ꝛc. ¶ Terciũ incõueniẽs eſt. ꝙ res que ẽ
penitus idẽtice idẽ qd̃ deus nullã haberet cau
ſalitatem ſup predictã realitatẽ relationis ſe
tenẽtis ex parte creature. que tamẽ eſt vera cre
atura. quia ſm̃ Anſel. monologion. ca. ij. nul
la relatio eſt cã relationis ſibi oppoſite. ¶ P. z
quicq̃d pfectionis eſt deo attribuendũ ẽ. cuꝫ
ipſe ſit ſolus illimitate pfectionis. Sed diſti
cta cognoſcere vno formali pncipio ex natu
ra rei formaliter indiſtincto pfectius ẽ q̃ꝫ co
gnoſcere diſtincta principijs ex natura rei for
maliter diſtinctis. Maior pꝫ. Minorẽ pbo
q2 vniuerſaliter videmꝰ ꝙ ĩ oibꝫ rebꝫ cogniti
uis quãto res ẽ nobilior ꝛ pfectior. tãto pau
cioribꝫ principijs plura diſtincta cognoſcit.
Uñ etiã ĩ ipſis angelis vt patebit in li. ij. q̃n
to angelus eſt pfectior tanto paucioribꝫ ſpe
ciebus indiget cognoſcẽdo. Cum ergo deus
infinite ſit pfectionis. ergo in illo quod ſibi ẽ
ratio omnia cognoſcẽdi nulla penitus cadit

diſtinctio ex natura rei. Cū igit̄ idee ſint ꝑn
cipia cognoſcēdi quibus deus cognoſcit crea
turas. vt infra patebit. ergo nō poterūt in deo
3 eē diſtincte ex natura rei. ¶ P. ſi idee que ſūt
creatoꝝ ⁊ creabilium rep̄ſentatiue eſſent in di
uina eēntia diſtincte ex natura rei tūc omnes
beati eque plura viderēt in diuina eēntia. ⁊ ꝑ
ꝯſequens nulla poſſet fieri diuina reuelatio.
cuius oppoſitū patet ī ſacra ſcriptura. Ange
lus em̄ regni pſaꝝ reſtitit angelo populi iſrl'i
tici qꝫtum ad liberationē hui⁹ populi. vt ſcri/
bit̄ Dan̄. x. ca. quod nō feciſſet ſi in diuina eſ/
ſentia vidiſſet populū tali tēpe liberandum.
Etiam dicit btūs Dyoni. ꝙ angeli ſupiores
purgant ⁊ illumināt inferiores. Cōſequētiaꝫ
probo. qꝛ q̄cquid ī aliqua natura ex natura rei
intrinſece ſeu natural'r ē diſtinctū. hoc videt̄
ab eo q̄ videt illā naturam. Propter hoc em̄
impoſſibile ē videre diuinā eēntiam q̄n diſti
cte videant̄ diuie pſone. qꝛ pſonaꝝ diſtictio ē
intriſeca ſine omi ad extra ꝯpatōe independēſ
4 ab omi actu ratōis. ¶ P. illud quod ē pmuꝫ
ī genere intelligibiliū eſt ex natura rei forma
liter vnū ⁊ indiſtinctū. eēntia diuina ē hmōi
vt de ſe patet. ergo ⁊c̄. Maiorē probo. quia p̄
mū eſt menſura ceteroꝝ. vt patet. x. metaph.
⁊ ꝑ ꝯſequens debet eſſe maxime ſimplex et in/
diuiſuꝫ. vt patet ibidē. Propter qd̄ ait cōmē
ta. x. meth. ꝙ vnitas illius quod eſt menſura
ceteroꝝ ſui generis eſt talis ꝙ nō eſt diuiſibi/
lis neqꝫ ſm̄ locū. neqꝫ ſm̄ formā. neqꝫ ſm̄ co/
5 gnitōem. ¶ P. illud idē ꝓbari pōt qꝫ plimis
ſctōꝝ auctibꝫ. Dicit em̄ Anſel. de ꝓceſſiōe ſpi
ritusſācti. c. iij. ꝙ oīa ī diuis ſūt idē vbi nō ob
uiat relatiōis oppoſitio. ſꝫ vna idea nō oppo
nit̄ alteri idee relatiue. ¶ Et Dam̄. ait. ꝙ oīa
q̄ ſunt in diuis ſunt vnū. pter ingeneratōem.
generatōem ⁊ ꝓceſſiōꝫ. ¶ Sed q̄dā iſti⁹ opi
niōis ꝯtrāū tenētes arguūt ꝓ ſua poſitōne ſic.
¶ Rō cognoſcēdi p̄cedit actū cognoſcēdi. g̊
diſtincta ratio diſtinctā cognitōeꝫ. Cū g̊ de⁹
eodē actu quo cognoſcit ſe cognoſcat diſtin/
cte oīa alia a ſe. igit̄ an̄ omnē actum intelligē/
di p̄cedūt ī deo diſtincte ratiōes cognoſcendi
creaturas quas ideas vocamus. ⁊ ꝑ ꝯſequēs
erūt diſtincte intrinſece ⁊ ex natura rei. ¶ P.
2 aſſimilatio cognoſcētis ad cognitū p̄cedit in
ipſo intellectu naturaliter actū cognoſcēdi. qꝛ
intellectus nō cognoſcit niſi ſit cognito aſſi/
milatus. cū oīs cognitio fiat ꝑ aſſimilatōem.
vt patet. i. de aīa. ſed idee in mente diuīa ſunt
quedam aſſimilatōes quibus diſtincte deus
cognoſcit ea q̄ ſunt extra eū. ergo talium aſſi

Opi. d' formalitatibꝫ

milationū diſtinctio p̄cedit actuꝫ intelligēdi
quo illa cognoſcunt̄ diſtincte. ¶ P. illa que 3
ꝯſequunt̄ diuinā eēntiā ex natura eēntie non
ꝯſequunt̄ eā ex aliq̄ comparatōe facta ꝑ intelle
ctū. qꝛ ſicut eēntia nō eſt ꝑ intellectū. ſic nec il
lud quod naturaliter ꝯſequit̄ eſſentiā. Sed
iſta diſtincta exemplaria cōſequunt̄ eēntiam
ex natura eēntie. qꝛ q̄cquid eſt in pſona diuīa
aut ꝯuenit ſibi ꝑ eēntiam. aut ꝑ relatiōem. eo
ꝙ ī pſona diuina nō poſſumus plura dare qꝫ
eēntiā ⁊ relatōeꝫ. Sed idee ſiue rōnes reꝝ re
p̄ntatiue ſunt ī qualibet diuina pſona. qꝛ q̄li/
bet diuina pſona cognoſcit diſtincte oīa ⁊ nō
ꝑ ꝓprietatē relatiuā. nā q̄cquid ꝯuenit pſo/
ne rōe ꝓprietatis relatiue nō ē cōe tribꝫ. igit̄ ꝑ
dicte rōes ꝯueniūt pſone rōe eēntie. et ꝑ ꝯn̄s
ſm̄ nr̄m modū intelligēdi ꝯſequūt̄ naturā di
uinā natural'r. ⁊ nō innaſcūt̄ ꝑ actū cuiuſcun
qꝫ intellect⁹ ſiue ſit creat⁹ ſiue increat⁹. ¶ Jō
q̄dā illoꝝ ꝯcludūt ꝙ ille forme an̄ oēm actuꝫ
intelligēdi ſūt diſtincte ī eēntia diuina tāqꝫ ī
ſpeculo clariſſimo oīm factibiliuꝫ rep̄ntatiuo
⁊ exemplificatiuo. ¶ P. ſi ille idee eēnt diſti/ 4
cte ꝑ actuꝫ intellectus cōcipiētis eēntiam di/
uinam imitabilē a diſtinctis rebus extra. tūc
neceſſario eſſent ab ītellectu formate. ꝯſeq̄ns
eſt falſum. qꝛ ait Aug. lxxxiij. q̄onū. q. xlvi.
ꝙ idee ſunt ratōes reꝝ ſtabiles atqꝫ immuta/
biles. que et ipſe formate nō ſunt. ac ꝑ h̄ eter/
ne ſunt. ¶ P. ſi idee nō diſtinguerētur ex na 5
tura rei. aut diſtinguūtur ꝑ intellectum crea
tum. aut increatum. Nō primo mō. quia cū
idee ſint eterne vt iam patuit ꝑ Aug. ſequere
tur ꝙ diſtinctio p̄cederet ſuum principiū di/
ſtinctiuū. Nec ſcd̄o mō. qꝛ illud qd̄ innaſcit̄
ꝑ actū intellectus diuini eſt in ſola pſona ver
bi. idee aūt ſunt ī qualibet pſona diuina. cuꝫ
om̄s pſone ſint vnū principiū creature. vt ait 6
Aug. v. de trini. ca. xvi. ¶ P. eēntia diuīa vt
naturaliter obijcit̄ intellectui diuīo. aut rep̄/
ſentat ſibi om̄e intelligibile ſub omi modo ꝑ/
fecte intelligibilitatis. aut nō. Si ſic. tūc ha/
bet̄ ꝓpoſitū. qꝛ ſicut pfectioris intelligibilita/
tis ē ex pte intellect⁹ diſtincte intelligere. ita ꝑ
fectioris ītelligibilitat' ē ex pte obiecti diſticte
rep̄ntare. Si nō. tūc eēntia dīna n̄ ē īfinite in
telligibilitat'. cū n̄ poſſit rep̄ntare oē ītelligibi
le ſub oī mō pfecte ītelligibilitat'. ¶ Sꝫ iſtā
opiniōꝫ ego male ītelligo. Qꝛ vbicūqꝫ ponit̄
diſtictio q̄ ē maior diſtictōe mīma. ibi vt mu/
hi apparet n̄ pt ſaluari ſūma vnitas. ſꝫ diſtin
ctō formal' ex natura rei ē maior diſtictōe mī
ma. g̊ ſi ponit̄ ī diuīa eēntia. ipa nō erit ſūme

Cōtra opinionē

vna. qđ ē ꝯ phos ⁊ theologos. Minorē pbo
q: illa diſtictio ē maioꝛ mīma diſtictōe q̄ eſt
maxie diſtinctōi ꝑpinq̄oꝛ. ſʒ diſtinctio ex na
tura rei ē hmōi. q: illa diſtictio ē maxie diſti/
ctōi ꝑpinq̄oꝛ q̄ ē reali diſtinctiōi viciniorꝛ. nā
real' diſtinctio ē maxia diſtictio. ſʒ diſtictō ex
natura rei ē ꝑpinq̄oꝛ reali diſtictōi q̄ʒ diſtin/
ctio rōis. Nā mediū eſt ꝓpinqui⁹ extremo q̄ʒ
extremū extremo. diſtinctio aūt ex natura rei
etiā ſm̄ iſtos ē media inter diſtinctōʒ realē ⁊
diſtictōʒ rōis. q: ipa ē mioꝛ diſtictōe reali. ⁊ ē
maioꝛ diſtictōe rōis. Etiā maioꝛ ptʒ. q: vnū
qđqʒ q̄tū vadit ad diſtictōʒ tm̄ rcedit ab vni
tate. Nā vt ait Boeti⁹. i. de tri. c. i. pncipiuʒ
Solutio plitatis ē alteritas. ¶ Ad pmū igit' dđm ad
Ad 1 maiorē q̄ rō cogſcēdi nō pcedit actuʒ cogno
ſcēdi. niſi apud talē intellectū cui⁹ rō cogno/
ſcēdi differt ab actu cognoſcēdi. qđ ſimpl'r fal
ſū ē i diuis. ¶ Vel pōt dici q̄ maioꝛ nō ē vera
niſi de rōe illa q̄ cauſat actū. nō aūt de rōe que
terminat actū. Nā terminās vt termiat nō p
cedit illud qđ termiat. Rō ṽo idealis nō hʒ
rōem cauſe reſpectu act⁹ intellect⁹ diuini. ſʒ ſo
lū ſe hʒ i rōe terminātis ¶ Poſſet etiā dici q̄
maioꝛ ſolū ē vera de rōne obiecti pmarij. nō
aūt de ratione cognoſcēdi obiectū ſcđarium.
Ad 2 ¶ Ad ſcđm pʒ p iā dicta. ¶ Vel dđm q̄ ma/
ioꝛ nō eſt vera niſi de intellectu q̄ de ſe ē in po/
tētia ad intelligenduʒ. q: tal' intellect⁹ nō pōt
diſtincta diſticte cognoſcere niſi p ſpēs ſilitudi
ne taliū diſtinctoꝝ actiuet'. intellect⁹ aūt diui
Ad 3 nus ē pur⁹ actus. ¶ Ad terciū nego minorē.
ad pbationē cū dr q̄cq̄d ē i pſona diuina. aut
ꝯuenit ei p eſſentiā. aut p ꝓprietatē. dico q̄ ſi
ly quicq̄d ſtat p re vel p modo reali. tunc illa
ꝓpoſitio vera eſt. Si aūt ſtat p ratione vl' p
eo qđ dicit tm̄ aliquid ratiōis. tūc nō ē vera.
quia talia ꝯueniūt pſone p actū intellect⁹ di/
uini. vt infra patebit. Et ſic ē in ꝓpoſito ¶ Vl'
poteſt dici q̄ ille rationes ideales ꝯueniūt p/
ſone p eēntiam originaliter. ⁊ p intellectū foꝛ/
maliter ⁊ actualiter. q: originaliter ex virtua/
li ꝯtinētia diuie eēntie puenit q̄ intellect⁹ di/
uin⁹ actualiter hmōi diuerſas rōes circa ipaʒ
ꝯcipit. ¶ Et cū ille addit q̄ ſint i diuina eēn
tia vt i ſpeculo clariſſimo. dico q̄ vez eſt origi
naliter. nō aūt foꝛmaliter ex natura rei diſtin
Ad 4 cte. vt infra magis patebit. ¶ Ad quartū di
cendū q̄ ideas eſſe foꝛmatas poteſt dupl'r in/
telligi. Uno mō effectiue ⁊ productiue. Alio
mō cōceptiue ſeu expſſiue. Primo mō negat
Aug. ideas eē foꝛmatas. nō autē ſcđo modo.
Ad 5 ſicut pʒ p verba Aug'. ibidē. ¶ Ad q̄ntū di/
cēdū q̄ diſtinguunt' p intellectū diuinū. Ad
pbationē dđm q̄ q̄uis illud qđ innaſcit' i di
uis pductiue p actū intellect⁹ ſit i ſola pſona
verbi. tm̄ illud qđ innaſcit' p actum intellect⁹
expſſiue pōt eē in oībus tribus. Exprimere
em̄ in plus ſe habet q̄ʒ pducere. Omne eni p
ductū poteſt dici expſſum. nō tamē omne ex/
preſſum eſt productū. nam nihil poteſt pro/
ducere ſeipm. q̄uis aliq̄d poſſit exprimere ſe/
ipſum. ¶ Ad ſextū dicendū q̄ eēntia diuina Ad 6
obijcit' itellectui diuino ſub omni mō pfecte
intelligibilitatis originaliter diſtincte. nō ta/
men diſtincte formaliter ex natura rei. q: hoc
derogaret ſue ſimplicitati ⁊ vnitati. Et cū di/
cit' q̄ ſicut pfectioris intelligibilitatis eſt ex p
te intellectus omnia diſtincte intelligere. ſic
⁊c. nego ſimilitudinē. q: cū de naturali pfecti
one diuine eēntie ſit omnia vnitiſſime ꝯtine/
re. ideo maioris pfectionis eſt ex pte eēntie et
pfectioris intelligibilitatis diſtincta vnite re
pſentare ex natura rei intrinſece. q̄ʒ diſticte di
ſtinctione ſe tenēte ex pte eēntie. Sed q: intel
lectus vt intellectus ex ſui natura hoc habet.
q̄ adunata pōt diſtinguere ⁊ diſtincta vnire.
vt ait ꝯmētatoꝛ. xij. metaph. ideo pfectōnis ē
ex parte intellectus q̄ poſſit diſtincte intelli/
gere ea que ſm̄ ſe ſunt formaliter et ex natura
rei indiſtincta in obiecto intellecto. ¶ Forte Inſtantia
dicet aliquis q̄ ex his ſequit' q̄ aliquid ſit ap
phenſiue vel expſſiue in intellectu quod nō ē
repſentatiue in eēntia. ¶ Rn̄deo q̄ ex pdictiſ Solutio
non ſequit' q̄ aliquid apphenſiue ſit i intelle
ctu quod nō ſit repſentatiue in eēntia. ſed bn̄
ſequitur q̄ idem eſt in eēntia ⁊ i intellectu. ali
ter tamē ⁊ aliter. quia i eēntia eſt modo eēntie
vnitiſſime. ſed i intellectu eſt modo competē
ti intellectui penes intellectus pfectionē. ſ. ex/
preſſiue ⁊ diſtinctiue. nec tamē ex hoc intelle/
ctus differt ab eēntia niſi ſicut vna res aliter
⁊ aliter conſiderata. ¶ Secūdo dico q̄ idee Cōcl'o 2
nō diſtinguūt' p actū intellectuſ creati Quia 1
diſtinguēs nō ē poſterius diſtincto p ipſuʒ.
ſed vt ſupra patuit p Aug'. idee ſunt eterne.
omnis autē intellectus creatus eſt tempalis.
cum ergo omne tempale ſit poſterius eterno
ergo ⁊c. ¶ P. illa que in deo ab eterno viuūt 2
nō dependent ab intellectu noſtro. ſed idee in
deo ab eterno viuūt. Maioꝛ patet. Minorē
ponit Aug. in queſtionibꝫ ad Oroſium. q.
xxvij. vbi tractans illud Johis. i. quod factū
eſt in ipſo vita erat. ſic ait. Omia ergo que fa
cta ſunt ⁊ vitam nō habent. in ipſo dei verbo
vita ſunt. Et paucis interpoſitis addit. Ui/

uīūt igitur in deo omnes rationes idearū. Et
quaſi idē ſenſus habet in ꝯmento ſuper .i.ca.
de diuis nomib9. ibi eni dicit ſic. In mēte di
uina ꝑexriterūt ab eterno eterne rationes om
niū creandoꝝ. in quibus rationibus omnia
viuūt. ⁊ ex quoꝝ fulgoribus omnes cogni
3 tiones illuſtrātur. ¶ P. monologiō ca.v. ait
Anſelmus. Nullo pacto fieri poteſt rationa
biliter aliquid ab aliquo niſi in ſapiētis rati/
one ꝑcedat aliquid quaſi exemplū rei fiende
Sed omnia deus produxit ī ſapientia. iuxta
illud ps. Omnia ī ſapiētia feciſti: impleta eſt
terra poſſeſſione tua. ⁊ in numero. pondere et
mēſura. vt ait ille ſapiēs. ergo deus an̄ intelle
ctus creati productionē prehabuit ideaꝫ ipſi
us intellectus producēdi. ¶ P. illa que tan/
4 tū in arte omnipotētis dei ſunt in verbo diuio
nō dependent a noſtro intellectu. idee ſūt hu/
iuſmodi. Maior eſt euidēs. Patet etiaꝫ mi
nor. quia verbū productū in diuinis eſt ars
omnipotētis atqꝫ ſapientis dei plena rationi/
bus omniū viuentium. ſm Auguſ. vi. de tri
Concl° 3 ni. ca. vltimo. ¶ Tercio dico ꝙ idee predi/
cte diſtinguūtur ꝑ intellectum diuinū. ¶ Ad
cuius euidentiam eſt aduertēdum ꝙ vt teſta
tur cōmentator. xij. metaphiſice. ſi calor eſſet ſe
patus. tunc comprehenderet in ſe omnē gra/
dum caloris. ⁊ ideo intellectus qui huiuſmo
di calorem ꝑfecte intelligeret omi modo quo
intelligibilis eſſet. nō ſolum intelligeret eum
vt in ſe eſt vnus formaliter. ſed etiam intelli/
geret eum vt virtualiter eſſet omis caloris cō
tentiuus. Ille igitur calor licet formaliter et
actualiter moueret intellectum ad intelligen
dum ſeipſum tm̄. radicaliter tamen et quaſi
originaliter moueret intellectū ad cognoſcen
duꝫ omnē alium calorē in ipſo virtualiter cō
tētum. et ſm ꝙ ꝑ ipſum principiari poſſet vt
exiſteret extra in materia determinata. Intel/
lect9 igit mot9 a tali calore ī ſuo ꝓſpectu diſti
ctionē illoꝝ ꝓducibiliū caloꝝ exꝓmeret actu
aliter. ꝗuis eos ī eēntia caloris ſepati origīa/
liter mouētis intellectū ad hmōi diſtinctōeꝫ
faciendaꝫ videret vnitiſſimos ⁊ ex natura rei
penitus indiſtinctos. Sic in ꝓpoſito intelle/
ctus diuinus cū ſit infinite ꝑſpicacitatis ade
quatus eſt eēntie diuine que ē infinite intelli
gibilitatis. et ꝓpter hoc intellectus diuinus
intelligēs ꝑfecte ipſā diuinā eēntiā nō ſoluꝫ
vt abſolute intelligibilis ē ſm ſuā entitatē for
malē. ſed etiaꝫ vt intelligibil' ē in habitudine
ad alia ſm ſuam continentiā virtualeꝫ penes
multitudinē talium habituū intellectus di/
uinus exprimit actualiter diſtinctiōem idea
rū ſm ꝙ originaliter motus ē ab eēntia iuxta
ſuā ꝯtinētiam virtualē. ¶ Et iſtud pōt decla
rari in vno ſimili tracto a Dyo. in d' diuis no.
ca. v. Dicit eni ibi Dyoniſius. ꝙ ſicut omnes
linee protrahibiles a medio ad circumferen/
tiam continētur in centro. ſic omnia creata et
creabilia continētur in diuina eēntia. Sed
planū eſt ꝙ quicūqꝫ ꝑfecte cognoſcit centruꝫ
poſitum in medio circumferētie omi modo ꝗ
eſt cognoſcibile. ille cognoſcit omnes lineas
ab eo egreſſibiles ad circumferentiā. vl' ī ipm
reducibiles a circumferētia que ſunt infinite.
ꝗuis ipm centruum cognoſcat in ſe penitus
eē indiſtinctuꝫ formaliter ex natura rei. Sic
intellectus diuin9 ꝑfecte cognoſcēs diuinam
eēntiam. ꝗuis ipſam in ſe cognoſcat penitus
indiſtinctā cognoſcit omnes creaturas virtu
te eiuſdem eſſentie in eſſe producibiles. expri
mens omnes ideales rationes. penes quas
tanqꝫ penes diſtinctas rationes eſſentia diui
na diſtincte ⁊ determinate eſt imitabilis a di
ſtinctis huiuſmodi producibilibus. que qui
dem rationes dicūtur idee. ab idos grece qđ
ē forma exemplaris latine.

## Quantuꝫ ad ſecun
Articl's 2

dum principale. vtrum infinite idee ſint in
deo. dico ꝙ infinite idee ſunt in mente diuīa.
Nam cum idea ſit forma exemplaris ad cu/
ius ſimilitudinem ad extra aliquid ē a deo co
gnoſcibile et producibile. cum infinita deus
cognoſcat que producere poſſet ſi ſue volūta/
ti placeret. igit infinite idee vident eē in deo.
¶ Sed forte ꝯ iſtud dicet ꝙ ſicut ſcia dei nō Inſtantia
multiplicat. ꝗuis ſcibilia multiplicātur. ſic
ꝗuis ideata multiplicētur. nō tamen multi/
plicatur idea. conſequentia patet. quia ſi idee
multiplicātur ad multiplicationē ideatorū.
hoc maxime eſſꝫ pro tanto. quia idea dicitur
relatiue ad ipſum ideatum. ſed ſciētia etiā di
cit relatiue ad ſcibile. ergo ⁊c. ¶ Rn̄deo negā Solutio
do ꝯſequentiā. Ad ꝓbationeꝫ dico ꝙ ſcia ſm
ſuū eē formale ē quid abſolutū. ꝗuis ꝯnotet
reſpectuꝫ ad ſcibile qui eſt d' ſuo cointellectu.
idea vero ſm ſuum eſſe formale dicit reſpectū
ad ideatum. ⁊ ideo non eſt ſimile de ſcientia ⁊
de idea.

## Quantuꝫ ad terciū
Articl's 3

principale. vtrum malum culpe habeat ideaꝫ
in deo. dico ꝙ malū culpe nō habet ideaꝫ ī deo

Quia nulla p̄uatio vt priuatio eſt habet ide
am in deo. ſed malū culpe de ſe dicit priuatōꝫ
Inſtantia ergo ⁊c. ¶ Sed forte ꝯtra illud dicet̄ ꝙ vni
tas habet ideam in deo. Nā Plato ſummaꝫ
ideaꝝ poſuit ideam vnitatis. et tamē vnitas
dicit priuationē diuiſionis ſeu diſtinctiōis.
Solutio. ¶ Rn̄deo ꝙ vnitas dicit priuationē priua/
tionis puta diuiſionis. et ideo ſicut negatio
negationis q̄uis vocaliter dicat negationeꝫ.
realiter tamen dicit affirmationem. ſic q̄uis
vnitas que eſt priuatio priuatōnis vocaliter
ſonet in priuationem. realiter tamen dicit po
ſitionē. ⁊ ideo nō eſt ſimile. quia malum cul/
pe ē totaliter quid p̄uatiuū.

Articl̄s 4 **Quantuꝫ ad quar**
tum principale. quomodo deꝰ cognoſcat ma
lum. ſic procedam. Primo ponam vnam di
ſtinctōem. Secundo ex ea eliciam duas cō/
cluſiones. ¶ Diſtinctio eſt illa. ꝙ q̄uis noti
cia dei ſit vna realiter. tamen ratione diuerſi/
Triplex ē ſcia dei tatis ſcitoꝝ dicit̄ eſſe triplex. Una enī dei no/
ticia dicit̄ ſcientia ſimplicis noticie. alia ſcien
tia viſionis. Et tercia ſcientia approbatōis.
Prima eſt qua deus cognoſcit omnia facta.
fienda ⁊ fieri poſſibilia. Secūda qua cogno
ſcit omnia facta ⁊ fienda. Tercia qua cogno/
ſcit ea que ſibi ſunt grata et bn̄placita. ¶ Ex
hmōi diſtinctōe patet immediate due ꝯclu/
Cōclo 1 ſiones. ¶ Una ꝙ p̄mis duobꝫ modis loq̄n
do de cognitiōe ſiue ſcia dei deꝰ cognoſcit om
ne malum culpe. Quia nō ſolum deus videt
illud quod eſt ratio accedendi ad ſuam boni
tatem. ſed etiam illud quod ē rō deuiandi ab
eadeꝫ. ſed ſicut caritas ⁊ gr̄a ceteraqꝫ virtutes
Cōclo 2 ſunt ratio appropinquādi ad ſuā bonitatem
ſic malū culpe ē rō deuiādi. ꝗ ⁊c. ¶ Scd̄a cō
cluſio ē ꝙ deus noticia approbatōis nullum
maluꝫ culpe cognoſcit. Quia om̄e qd̄ q̄s ap/
probat illius aliquo mō cauſa eē videt̄. ſꝫ de/
Inſtātia ꝯ 1. ꝯcloem. us nullius mali culpe poteſt eſſe cauſa. ꝗ ⁊c.
¶ Sed ꝯ primā illaꝝ ꝯcluſionū forte dice/
tur ꝙ omnis ſcia ſeu noticia. aut eſt cauſa re/
rū. aut cauſat̄ a rebus. vt patꝫ ꝑ Auer. xij. me/
taph. ſed nec ſciētia ſimplicis noticie. nec ſciē/
tia viſionis ipſius dei eſt cauſa mali culpe. cū
deus peccare nō poſſit. nec eſt cauſata a malo
culpe. quia ē prior omni culpa cum ſit eterna
culpa vero tempalis. prius autē nō cauſat̄ a
poſteriori. ergo videt̄ ꝙ deus nec ſcientia ſim
Inſtātia ꝯ 2. ꝯcloem. plicis noticie. nec ſcientia viſionis cognoſcat
malum culpe. ¶ Contra ſecundā ꝯcluſionē
poſſꝫ inſtari ſic. Illud quod quis ꝓhibere po
teſt ⁊ nō ꝓhibet hoc approbare videtur. quia
in legibus dicit̄. Qui tacet conſentit. ſed om
ne malum creature deus poſſet p̄uenire ⁊ pro
hibere ſi vellet. ⁊ tamen ſinit peccatorē peccare
igit̄ videt̄ approbare. ¶ Rn̄deo ad primā ꝙ Solutio.
maior nō eſt vera niſi de talibꝫ q̄ ꝑ ſe cogno/ Ad 1
ſcūtur. Sed priuatōes cognoſcunt̄ ꝑ habi/
tū. Malū enī ſemꝑ cognoſcit̄ ꝑ noticiā ipſiꝰ
boni. ¶ Etiā mior nō ſumit̄ debite ſb maiore
q2 pcta nō ſūt res ſed p̄uatōes. ¶ Ad ſcd̄am Ad 2
dicēdum ꝙ deus ꝓhibuit ꝑ decē legis p̄cepta
omne malū culpe maxime mortale. hominē
tamen reliquit libertati ſue. vt bene vſus liber
tate ſibi relicta vitam eternam mereatur. ma/
le autem vſus tanq̄ꝫ forifactor a iuſto iudice
puniat̄. ¶ Ad argumentū principale patet Ad p̄nci/
ꝑ iam dicta. quia ad cognitionē mali nō op/ pale argu
tet ponere ideā mali. q2 illa poni non pōt. ſed mentum.
ſufficit idea boni. ꝗ ⁊c.

¶ Diſtinctio triceſimaſeptima.

**ET quoniā de**
mōſtratū eſt. Dic mgr̄ inueſti
gat quomō deus habeat eē in re
bus. Et diuidit̄ in duas partes. Nam p̄mo
circa eſſe dei in rebus declarat quoſdam mo/
dos veros. Secūdo reprobat quoſdam mo
dos falſos. ibi. Cūqꝫ diuina natura. Prima
in tres. Nam primo circa hoc duos modos
inſinuat. Secundo quod dixerat auctori/
tatibus ſanctoruꝫ confirmat. Tercio de illis
duobus modis diſtincte determinat. Secū/
da ibi. Ne autem iſta. Tercia ibi. In ſanctꝭ
vero. Et hec in duas. Nam primo oſtendit
quomodo eſt ī aliquibus rebus ſpecialiter ꝑ
gratiam. Secūdo quomō eſt in om̄ibus re/
bus generaliter ꝑ naturaꝫ. ibi. Ex p̄dictis pa
tet. Prima in duas. Naꝫ p̄mo oſtendit ꝙ de
us habitat ī hominibus ſanctis. Secūdo mo/
uet quibuſdā dubijs. ibi. Si aūt q̄ris ¶ Se
quit̄ illa ps. Ex p̄dictis patet. Et diuiditur ī
tres ptes. Quia p̄mo magiſter illius modi q̄
deus ꝑ ſuam eēntiam eſt in rebus tāgit exceſ/
ſum ⁊ incomꝓhenſionē. Secundo tangit cir
ca hoc quorundam p̄ſumptionē. Tercio mo
uet ⁊ tollit vnam incidentē dubitationē. Se
cunda ibi. Quidam tamen. Tercia ibi. So
let etiam. ¶ Sequitur illa pars. Cūqꝫ diui/
na natura. Et diuidit̄ ī duas ptes. Nā p̄mo
magiſter oſtendit ꝙ q̄uis deus ſit in omnibꝫ

rebꝫ. tñ remouet͛ ab eo oīs local' circumſcꝑtio ꝛ determinatio. Secūdo adiungit͛ iſtoꝝ confirmatio. ibi. Fateamur itaqꝫ. Prima in tres. Quia primo magiſter oſtēdit ꝙ deus nec circumſcriptiue nec diffinitiue eſt ĩ loco. Secūdo ꝙ ſpūales creature licet nō circumſcriptiue. tamen diffinitiue ſunt ĩ loco. Tercio querit vtrum talibus ſpūalibus creaturis competat loci mutatio. Secūda ibi. Spūs ẜo creatus. Tercia ibi. De mutatiōe vero loci. Et hec in duas. Nam primo circa motum ſpirituum creatoꝝ excludit cuiuſdam opinionis falſitatem. Secūdo cōcludit aſſeuerādaꝫ veritatem. ibi. Sūt ergo ſpiritus. ¶ Circa iſtā xxxvij. diſt. quero hāc queſtionē.

Utrum oīs ſubſtācia ſpūalis ſit in loco. ¶ Et videtur ꝙ ſic. Quia deus eſt ĩ loco. ergo oīs ſubſtantia ſpūalis eſt ĩ loco. Cōſequētia patet. Nam cum deus oīm ſpirituū ſit ſpiritualiſſimus ꝛ ſumme immaterialis ꝛ abſtractus. ſi ſibi competit eē ĩ loco. nulli alteri ſubſtātie ratione ſue ſpiritualitatis repugnabit eſſe in loco. Añcedēs ꝓbatur. Quia ĩ quacūqꝫ re nō eſſet deus. illa ſicut ex nihilo facta eſt immediate rediret ĩ nihil. vt patet ꝑ Aug. ſup Gen̄. ad lr̄am. Sed locus eſt vera res extra animā. cum ſit ſpecies ꝑdicamēti realis. puta quātitatis. ergo deus vere eſt in loco. cum vere ſint multa loca que nō ſunt ĩ nihilum redacta. ¶ Contra ẜm boetium ĩ de hebdomadibus. ꝯmunis aīe cōceptio eſt incorporea ſiue ſpiritualia ĩ loco non eſſe. ¶ Cum ſubſtātie ſpirituales ſint q̄druplices. Eſt eñ quedam ſubſtātia ſpūalis increata. ſicut deus. alia creata. Et hec triplex. Quia quedā eſt intellectualis ſicut angelus Quedā ratiōalis. ſicut aīa intellectiua hoīs. Quedā vl'is. ſicut natura etiā rei corꝑalis abſtracta ẜm eē cognitum dicit͛ ſpūalis. Et ẜm hec quattuor erūt articuli iſti' q̄ōnis. ¶ Primus vtrum deus ſit ĩ loco. ¶ Secūdus vtꝝ angelus. ¶ Terci' vtꝝ aīa rōnalis. ¶ Quartus vtꝝ natura vl'is.

Articl's 1 Quātuꝫ ad primū

vtrum deus ſit ĩ loco. ponaꝫ tres ꝯcluſiones. ¶ Prima ꝙ deus nō eſt in aliquo loco localiter nec circumſcriptiue nec determinatiue. ¶ Secūda ꝙ deus eſt ĩ omi loco attinctiue et ꝯſeruatiue. ¶ Tercia ꝙ eſſe vbiqꝫ ſimpliciter

Cōcl'o 1 ꝓprium eſt ſolius dei ¶ Primū ꝓbo ſic. Illud quod eſt ſimpl'r infinitū nō poteſt eſſe localiter in loco nec circūſcriptiue nec determinatiue. ſed deus eſt ſimpl'r infinit'. Minor pꝫ ex ſuꝑioribꝫ dictis ꝛ patebit ex dicēdis. Maiorēꝫ ꝓbo. qꝛ omne quod loco circūſcribit͛ loco quodammō ꝯmēſurat͛. Omne etiā qđ ad determinatū locū determīat͛ ita ē ibi ꝙ nō alibi. ꝛ ꝑ ꝯñs neceſſario ꝯuincit͛ eē finitū. ¶ Scđo dico ꝙ deus eſt vbiqꝫ ſeu ĩ omi loco attinctiue ꝛ Cōcl'o 2

ꝯſeruatiue. Qꝛ ſicut ſe hrēt magnitudo mol' 1

infinita ſi eēt ad oēꝫ locū occupatiue. ſic ſe hꝫ magnitudo ẜtutis infinita ad oēm locū attinctiue ꝛ ꝯſeruatiue. Sed infinitū magnitudine molis totuꝫ occuparet ſi daret͛. vt patet. i. phiſicoꝝ. ergo infinitū magnitudine virtutꝫ omnē locuꝫ ꝯtingit ipm ꝯſeruādo. Propter quod dicit͛ Sap. vij. de hmōi magnitudine Attingit eñ vbiqꝫ ꝓpter ſuā mūdiciā. Et in ꝑncipio octaui ca. dicit͛. Attingit eñ a fine vſqꝫ ad finem fortiter. ꝛ diſponit omia ſuauiter

¶ P. ſubſtātia ſpūalis eſt vbi oꝑatur. ſed de 2

us oꝑat͛ ĩ omibus. Maior patebit infra ĩ. ij. ꝑncipali. Minor pꝫ ꝑ auctorē de cauſis qui ait. ꝙ cauſa primaria plus influit q̄ꝫ cauſa ſecūdaria. Deus igit͛ q̄ reſpectu oīs cauſe ꝑticularis ē cā ꝑma plus influit ad eē cuiuſlibet effectus q̄ꝫ faciat ſua cā ſecūdaria ꝛ immediata

¶ P. illud eſt ĩ omibus attinctiue ſeu ꝯſeruatiue quod omia ꝯtinet ne labātur ĩ nō eſſe. de 3

us eſt hmōi. Maior patet. Minorēꝫ ponit Aug. deum ſic alloquēs. i. ꝯfeſſio. An opus habes vt ꝯtinearis qui omnia contines. quoniam que imples ꝯtinēdo imples. nō eñ vaſa que te plena ſunt te ſtabilem faciunt. quia ꝛ ſi frāgantur nō effunderis. ꝛ cum effunderis ſuꝑ nos nō tu iaceris ſed erigis nos. non tu diſpergeris ſed colligis nos. ¶ Et iđ quaſi ex radice predictoꝝ concludit Anſelmus monologion. ij. ꝙ q̇a nihil ſine deo poteſt aut eſſe aut cōſeruari. igitur dicere cogimur deuꝫ

eſſe vbiqꝫ ꝛ ſemꝑ. ¶ Sed forte dicet͛ ꝙ de ratione loci eſt ꝙ nihil locati ſit extra ipſuꝫ locum. igitur videt͛ ꝙ vel deus erit in vno loco tm̄. vel nuſq̄ꝫ erit. ꝛ ꝑ ꝯſequēs nō poterit eſſe vbiqꝫ. Añcedens patet. quia. iiij. phiſicoꝝ dicit͛. Dignū eſt locum ꝯtinere illud cuius eſt. Instantia

nec eē maiorē nec minorem ipſo locato ¶ Reſpōdeo breuiter ꝙ phūs loquit͛ ibi de tali locato quod localiter ꝛ circūſcriptiue eſt in loco. Et de tali loco etiaꝫ intelligēdū ē añcedēs Solutio.

poſitum ĩ iſta inſtātia. ¶ Tercio dico ꝙ eſſe vbiqꝫ ꝑ ſe ꝛ ſimpliciter eſt ꝓprium ſolius dei Quia illud eſt ꝓprium alicuius qđ ꝯuenit ſibi ſoli ꝛ ſemꝑ ꝛ ꝯuerſim ꝑdicatur de eo. Sed Cōcl'o 3

ꝑ ſe ⁊ ſimpl'r eſſe vbiqꝫ ſic ſe habet ad ipm̄ de
um. Maioꝛ patet ꝑ Porphiriū. Minoꝛ no
Inſtantia ta eſt ex p̄cedētib⁹. ¶ Contra tamē illā mino
1 rē poſſet argui. Et primo ꝙ eē vbiqꝫ nō ſit ꝓ/
prium dei. ex eo ꝙ ſibi ſoli conueniat. quia ſi
eſſet ſolummodo vnus homo. tunc aīa hu/
mana eſſet vbiqꝫ. cum ſit tota in toto corpore
quod viuificat. ⁊ tota in qualibet eius parte.
2 ¶ P̄. ſm̄ phm̄ vniuerſalia ſunt vbiqꝫ ⁊ ſemꝑ
3 ergo nō ſolum deus ¶ P̄. vbicunqꝫ ē corpus
ibi neceſſario eſt materia. ſed in omni loco eſt
corpus. quia nō eſt dare vacuū. vt patet. iiij.
phiſicoꝝ. ergo in omī loco ē materia. ⁊ ꝑ ꝯñs
4 materia eſt vbiqꝫ. ⁊ nō ſolū deus. ¶ P̄. illud
quod nō ꝯuenit deo ab eterno nō ꝯuenit ſibi
ſemꝑ. ſed eſſe vbiqꝫ nō cōuenit deo ab eterno.
Solutio. cum omne vbi factuꝫ ſit in tp̄e. ¶ R̄ndeo ad
Ad 1 primuꝫ ꝙ ex hoc nō ſequit̄ ꝙ aīa ꝑ ſe ⁊ ſimpl'r
eēt vbiqꝫ. ſed ſolū ꝑ accidēs. puta illo caſu po
Ad 2 ſito. ¶ Ad ſcd̄ꝫ dōm ꝙ vl'ia nō dicunt̄ eē vbi
qꝫ poſitiue. ſed ꝓuatiue. q2 nulqꝫ ꝑ ſe ſunt. In
q̄ꝫtum em̄ vl'ia ſunt: tūc abſtrahūt a ꝯditioni
bus indiuiduātibus q̄ ſunt hic ⁊ nūc. ⁊ ꝑ ꝯſe
Ad 3 quēs abſtrahūt ab vbi ⁊ a loco. ¶ Ad terciū
dōm ꝙ ī omī loco ē materia ꝑ accidēs ī q̄ ē cor
pus de p̄dicamēto ſube. qđ addo ꝓ tāto. q2 ī
loco vbi ſunt accidētia ſacri altaris nō ē mate
ria. q2 in tali loco localiter et occupatiue nō ē
corpus de p̄dicamento ſube. ſed tm̄modo cor
pus de p̄dicamēto quātitatis. Etiā nō ē ſim/
pl'r eadē materia ī diuſis locis. ſꝫ ē alia ⁊ alia
Ad 4 portio materie. ſed idē de⁹ ē in oī loco ¶ Ad q̄r
tū dōm. ꝙ deū eē vbiqꝫ ē deū eē ī omib⁹ rebus
ita ꝙ nulla res ſit ī qua de⁹ nō ſit. ⁊ ideo deus
ab eterno fuit vbiqꝫ cū erat in ſeipo. quia nul
la res erat niſi ipe ſolus. In alijs rebus deus
cepit eſſe in temꝑe nō per mutationeꝫ ſui. ſed
per mutationē reꝝ. Sic etiam res fuerunt in
deo ab eterno. nō ſtabilitate rerum ſm̄ ſe. ſed
ſtabilitate ⁊ entitate dei. quia omē quod eſt ī
aliquo eſt ī eo ſm̄ modū eius in quo eſt. et ideo
res ſunt ī deo eternaliter. ⁊ deus eſt in rebus tē
poraliter. cum res menſurent̄ tp̄e. deus autē
eternitate.

Articl's 2

## Quantuꝫ ad ſecun

dū principale. vtꝝ angelus ſit in loco. ponaꝫ
tres ꝯcluſiones. ¶ Prima ꝙ angelus eſt ī lo
co. ¶ Secunda ꝙ vnus angelus nō poteſt
eſſe in pluribus locis. Tercia ꝙ angelus mo
Cōcl'o 1 uetur de loco ad locum. ¶ Cōcluſionē ꝓmā
Egidius. ꝓbat doctoꝛ noſter ſic. Unumquodqꝫ eſt ī
1

loco ꝑ ſuam quātitatem. ſed virtus angeli nō
quōcunqꝫ accepta. ſed ꝑ compatione ad ob/
iectum ⁊ opatione eſt quantitas angeli. ergo
angelus poteſt dici vere eſſe in aliquo loco vl'
corꝑe ſm̄ ꝙ ꝑ opatōem ſuam virtutē ſuaꝫ ve
re ⁊ realiter applicat circa talem locum. Mi
noꝛ declaratur. Nam virtus nō dicit̄ quanti
tas in ordine ad ſubſtantiā. nam vt ſic dicit̄
qualitas ⁊ bona diſpoſitio habentis. nam vir
tus eſt que habenteꝫ ꝑficit. ergo eſſe q̄ꝫtum ei
competet vt dictū eſt. ſ. in ordine ad obiectuꝫ
ſiue ſm̄ opatōem circa obiectū. Maioꝛ patꝫ
ꝑ Auicēnā in ſufficiētia ſua. ¶ P̄. iſtius intē 2
tionis videt̄ eſſe Damaſ. li. i. ca. xvi. Dicit em̄
ꝙ angelus ibi eſt vbi opatur. ¶ P̄. illud cu/ 3
ius virtus eſt finita ⁊ limitata neceſſario loco
diffinit̄. ⁊ ꝑ cōſequēs diffinitiue eſt ī loco. ſed
virt⁹ angeli ē finita ⁊ limitata. g̃ ⁊c. maioꝛ pꝫ.
Nā ſicut deus ex hoc ē vbiqꝫ. q2 ſue virtutis
quātitas eſt infinita. ſic aliqđ erit ī loco deter
miato. q2 eius virt⁹ ē finita ⁊ determiata. ⁊ ideo
angel⁹ loco diffinit̄. cū ei⁹ virt⁹ ſit certa menſu
ra determinata ⁊ diffinita. ¶ Sed ꝯ illā opi Cōtra
nionē. quidā arguūt directe. quidā indirecte
Directe ſic. Si opatio angeli eſt ſibi ratio eſ/ 1
ſendi in loco. vel hec erit operatio immanēs.
vel opatio tranſiens. Nō prima. Nam talis
operatio cum ſit intelligere ⁊ velle non eſt mi
noris abſtractiōis a ſitu q̄ꝫ eēntia angeli. Si
igitur eēntia angeli nō eſt ſibi ratio eēndi ī lo
co. nec hoc poterit eſſe eius opatio. Nec ſcd̄a
nā ſic quātitas exñs ī vno corꝑe nō poteſt al/
teri corꝑi eſſe ratio eēndi ī loco circumſcriptiue
ſic opatio trāſiens exiſtēs in re mota nō pote
rit eē ratio exiſtendi in loco determinatiue.
¶ P̄. ſi opatio trāſiens eēt alicui ratio eſſen/ 2
di ī loco diffinitiue. tūc corpus mouēs aliud
corpus ſimul eēt in duobus locis. in vno cir
cumſcriptiue ꝑ ꝓpriam quātitatē. ⁊ ī alio dif
finitiue ꝑ ſuam opatōem. ¶ P̄. ſicut ſe habet 3
opari ad eſſe. ſic ſe habet opari in loco ad eſſe
in loco. Sed ſemꝑ opari p̄ſupponit eſſe. ergo
ſemꝑ opari in loco p̄ſupponit eſſe ī loco. ⁊ per
ꝯñs opatio nō erit ratio eſſendi in loco. quia
cā nō p̄ſupponit effectū. ſed ecōuerſo. ¶ P̄. ſi 4
opatio eſſet ratio eēndi in loco. tūc cum celuꝫ
operetur in ouo vel in grano milij. celum eſ/
ſet in ouo vel in grano milij. ¶ P̄. cum ange 5
lus exiſtens in celo empyreo nō operetur cir/
ca aliquod corpus. ſequeretur ꝙ angelus exi
ſtens in celo empyreo non eſſet in loco. ¶ P̄. 6
angelus tranſiens d̄ celo ad terram poteſt trā
ſire medium quod nihil operetur in medio.

ꝛtūc ī nullo loco eēt. quia dum eſt in tranſitu
nō eſt ī celo nec ī terra. quia dum aliquid mo
uet̄ nec eſt ī termino a quo nec in termino ad
quē. nec erit ī medio. quia vt ſupponit̄ dū trā
7 ſit mediū nō opatur ī medio. ¶ P̄. ſi opari
circa rem aliquā corpalem eēt pciſa ratio eēn
di ī loco. tūc deus eēt ī loco. conſequētia ptꝫ.
quia deus poteſt habere ꝛ habet opatiōem cir
8 ca rem corpalem. ¶ P̄. quicquid ꝯuenit ali/
cui omi alio circūſcripto pter ſubam. hoc ꝯue
nit ei pſe p ſubam. ſed circumſcpto ab ange
lo omi alio pter ſubam. adhuc ꝯuenit ei eē in
9 loco. ¶ P̄. articulus pariſiēſis dicit. Angelū
eē ī loco p eius operatiōeꝫ tm̄. ita q̄ nullo mo
do ꝯueniat ſibi eē ī loco p ſubſtantiam error.
10 ¶ P̄. ſi operatio angeli eēt ſibi rō eēndi in lo/
co. hoc eēt p tāto. quia illud circa quod opera
tur eſt in loco. Sed ſepius angelus operatur
circa ea que nō ſunt ī loco. puta cum virtuteꝫ
ſuam applicat ad vltimū celum. vel circa ali
quam ſubſtātiam ſepatam. ergo protūc nō eſ
Solutio ſet ī aliquo loco. ¶ Sed illa nō concludūt.
Ad 1 Igit̄ ad primū dicēdum. q̄ opatio p quam
angelus eſt ī loco nō oportet q̄ ſit corpis trāſ
mutatio. ſed eſt ſue virtutis applicatio. ꝛ da
to q̄ illa applicatio ſit ī applicante. ſ. in ange/
lo. ꝛ p ꝯſequēs ſit equalis abſtractiōis a ma/
teria ſicut eēntia angeli. nō tamē eſt equal' ab
ſtractōis a quāto modo quo ſumit̄ q̄tum in
ſepatis a materia. quia quātitas virtutis co/
gnoſcitur in ordine ad obiectū p opationem
Ad 2 ¶ Ad ſecundū dicēdum q̄ corpus mouens
aliud corpus eſt ī eodem loco circumſcptiue
Ad 3 ꝛ diffinitiue. ¶ Ad terciū dōm q̄ q̄uis abſo
lute loquēdo opari pſupponat eē. tn̄ nō q̄dli/
bet opari determiātū pſupponit quodlibet eē
determinatuꝫ penes hmōi opari. qꝛ q̄nq̄ꝫ tale
eē innaſcit̄ ex ipſo opari. Nō em̄ omne citha/
riſare pſupponit eē citharedum. cum cithari/
ſando quis efficiatur citharedus. Sic in p/
poſito q̄uis opari angeli pſupponat eē ange
li. tamē angelum opari in loco nō preſuppo/
nit angelum eſſe in loco. quia tale eſſe innaſci
Ad 4 tur ex hmōi operari. ¶ Ad quartum dicen/
dum q̄ aliquid poteſt opari dupl'r. vel medi
ate vel immediate. Si imediate circa aliq̄d.
tūc hmōi opatōe ad locuꝫ determinat̄ et diffi
nit̄. Nō aūt ſi mediate opatur. Cū igit̄ celuꝫ
mediate opetur circa illa inferiora. ergo argu
Ad 5 mētū nō ꝯcludit. ¶ Ad quintū dicēdū q̄ q̄
uis angelus nō habeat opatōem circa celum
empireum qua moueat tale celum. tamē vir/
tutem ſuam p ſuam intellectionē ꝛ volitōem
poteſt applicare ad hmōi celuꝫ. ¶ Ad ſextū Ad 6
dicendū q̄ nullo tpe vel inſtāti poteſt eſſe an
gelus ſic ocioſus q̄ ad nullum ens corporale
applicet ſuam virtutē. ¶ Inuenitur al's ab
alijs talis additio appoſita. Dato tamē q̄ q̄n
doq̄ꝫ ſic eſſet ocioſus. tunc pro illa mēſura nō
eſſet actu in loco ſed aptitudine. ¶ Ad ſepti Ad 7
mū dicēdum q̄ conſequentia bona eſſet ſi de/
us eſſet finite virtutis. nūc ppter infinitatem
ſue virtutis non diffinit̄ vel determinatur ad
vnū locū. ſed eſt vbiq̄ꝫ ꝛ in omni loco. ¶ Ad Ad 8
octauū dicēdū q̄ minor non eſt vera. ergo ra
tio non ꝯcludit. ¶ Al's inuenit̄ ſic. Minor
nō eſt vera. quia quātitas angeli nō attendit̄
immediate ſm ſubſtantiaꝫ angeli. ergo ratio
nō ꝯcludit. ¶ Ad nonū dicēdū q̄ nō negat Ad 9
doctor noſter q̄n eēntia angeli ſit in loco. ſed
dicit q̄ eēntia angeli nō eſt angelo immedia
ta ratio eēndi in loco. et ideo articulus ille in
nullo eſt ꝯtra doctorē. ¶ Ad decimū dicēdū Ad 10
nego minorē. Ad pbationē dōm q̄ vltimuꝫ
celū ſaltē p accidēs eſt ī loco. Ad ſubſtantiaꝫ
etiā ſepatam nūq̄ꝫ angelus tam fixe applicat
ſuam virtutē. q̄ ex hoc deſinat huiuſmodi ap
plicatio ab omni corpe. quia ſaltem ipſe vult
eſſe in loco in quo protūc eſt. ꝛ tūc hmōi vel/
le eſt quedam angeli opatio ſiue ſue virtutis
applicatio. ¶ Sed alij ꝯtra p̄dictam ꝯclu Opi. q̄ an
ſionē arguūt indirecte ſuas ſingl'ares poſitio gelus n̄ ſit
nes confirmādo. ¶ Quidam em̄ dicūt q̄ an ī loco
gelus nuſq̄ꝫ eſt. ſic q̄ ei debeatur locus vel ſitꝰ
diffinitiue. ſed eſt vbiq̄ꝫ pſens cuilibet corpo/
ri pſentia ordinis non pſentia ſitus. ſiue mo
ueat corpus ſiue nō moueat. Tamen vt di/
cunt pſentia angeli ad locum pcedit ſuaꝫ ope
rationē in loco. quia omnis actio pſupponit
pn̄tiam actiui ꝛ paſſiui. Unde opatio nō fa/
cit agentis eēntiam pſentem paſſo. ſed pſup/
ponit ¶ Sed illud nō valet. Quia tūc ange Cōtra eā
lus eēt vbiq̄ꝫ. quod ſoli deo ꝯuenit. vt patuit 1
ī. iij. ꝯcluſiōe pmi articuli. ¶ P̄. cuius eēntia 2
extēdit ſe ad vbiq̄ꝫ preſentialiter eēndū. eius
virtus extēdit ſe ad vbiq̄ꝫ operādū. ergo ſi eēn
tia angeli eſt ſimul pſens omni corpi. vt iſti
affirmant. tunc eius v̄tus ſimul poſſet opari
in omni corpe. quod eſt impoſſibile. ergo ꝛc.
¶ P̄. ſi deus faceret aliuꝫ mundū. aut angelꝰ 3
quē nūc dicis eſſe pſentē cuilibet corpori iſti/
us mūdi. erit pn̄s etiam cuilibet corpi illius
ſecūdi mūdi. aut nō. Si ſic. eadem ratione ſi
deus faceret infinitos mūdos. quibus ange/
lus eēt pn̄s cuilibet corpi cuiuſlibet mōi. qd̄ ē 4
īpoſſibile. qꝛ ſi ſic q̄libet angelus eēt infinitus

Si nō. tūc angel9 i hoc mō erit diffinitiue.
ꝛ ꝓ ꝯñs i hoc corpe nūc erit diffinitiue. ꝛ non
4 cuilibet corpi pñs. ¶ P. illa opinio eſt expſ
ſe ɔtra Dama. qui. li. ij. ca. iij. ait. ꝙ angeli q̄
ſunt in celo nō ſunt in terra. et cum ad terram
Opi. ꝙ angel9 ſit ꝑ eſſentiā ſuaʒ in loco. a deo mittunt̄. nō remanēt in celo. ¶ Alij di
cunt ꝙ angelus ꝑ ſuam eēntiam ſit i loco. ſic
ꝙ ratio eēndi angelū i loco determiato eſt eēn
tia ſua. ¶ Quia ſicut ſe habet ens infinitū ad
1 eē vbiqʒ. ſic ſe habet ens finituʒ ad eē alicubi.
Sed deus ꝓpter infinitatē ſue eēntie eſt vbi
qʒ. ergo angelus ꝓpter limitationē ſue eſſen
2 tie eſt i loco determinato. ergo ꝛc. ¶ P. prius
ſm naturam eſt actiuū pñs paſſiuo q̄ʒ agat
3 in ipſum ꝛc. ¶ P. angelus ſm eēntiam ſuam
nō poteſt eē extra vniuerſum. quia pars non
eſt extra ſuum totum. nec poteſt eſſe vbiqʒ in
vniuerſo. quia tunc pars equaret̄ ſuo toti. er
go erit alicubi i vniuerſo. ꝛ ꝑ ɔſequēs erit dif
4 finitiue in loco ſm eēntiam ſuam. ¶ P. arti
culus pariſienſis dicit. Qui dicit ꝙ anima ſe
pata vel angelus ſm ſubſtantiā nuſqʒ ſit: er
Cōtra eā. ror. ¶ Sed nec illud ſtare poteſt. q2 ſic con
uenit rem eē in loco. ſm ꝙ conuenit ſibi eē q̄n
tum. vt patet ꝑ Auicēnam in ſufficientia ſua
Sed eſſe quantum nō conuenit angelo ſm
Henri. de gan. eēntiam ſuam. vt de ſe patet. ¶ Propter qd
dicit quidam ſolēnis doctor ſcdo ſuo quolʒ.
q̄ōne. ix. ꝙ omnes magiſtri in hoc conueni
Ad 1 unt. ꝙ eēntia nō eſt ratio eēndi in loco ¶ Ad
pmū ergo dicendū ꝙ infinitas eēntie nō eſt
immediata ratio ſm noſtruʒ modum intelli
gendi quare deus eſt vbiqʒ. ſed quantitas ſi
ue magnitudo ſue virtutis qua deus eſt i om
nibus. quia in omnibus opatur omnia que
producūtur producēdo. et ea que ꝑmanēt in
Ad 2 eē conſeruando. ¶ Ad ſecundū dicenduʒ. ꝙ
q̄uis opatio p̄ſupponat pñtiā actiui ꝛ paſ
ſiui. de virtute tamē rationis nō oportet ꝙ p̄
ſupponat pñtiam localē. In plus eñ habet
ſe pñtia q̄ʒ pñtia localis. ¶ Poteſt etiam
dici ꝙ dato ꝙ actio p̄ſupponat pñtiā agen
tis. huiuſmodi tamē pñtia p̄ſupponit quā
titatem virtutis eiuſdem agētis. ꝑ quaʒ quā
titatem hmōi agens ſepatum de quo ad pre
Ad 3 ſens loquimur eſt in loco. ¶ Ad tercium di
cendum. ꝙ angelum concedimus eē alicubi.
nō tamē immediate ꝑ eēntiam. ſed ſm virtu
Ad 4 tem ꝛ opationē. ¶ Ad quartum dicendū. ꝙ
articulus exponit̄ ꝑ alium qui ſic dicit. ꝙ an
gelus nuſqʒ ſit ſm ſubſtantiaʒ error. ſi intelli
gatur ꝙ ſubſtātia nō ſit i loco. Si autē intel
ligatur ꝙ ſubſtantia nō ſit ratio eſſendi in lo
co. verum eſt ꝙ nuſqʒ eſt ſm ſubſtantiā Ex h̄
euidēter apparet ꝙ articulus nō ſoluʒ nō eſt
cōtra nos. ſed etiam ꝓ nobis. ¶ Scdo dico Cōclo 2
ꝙ angelus pēſata ſua naturali virtute nō po
teſt eē ſimul i pluribꝫ locis vt plura ſunt. R2 Ratio.
ſicut creatura ꝑ naturam ſuam determiat̄ ad
vnam ſpeciē. ſic ꝑ quātitatem ſuam determia
tur ſaltem ꝓ eodē tpe ad vnū locū ꝛc. ¶ Iſtā
ɔcluſionē videt̄ tenere mgr̄. q2 pluribꝫ aucti
bus ꝓbat in lr̄a ꝙ angelus loco diffiniat̄ ſiue
ad locuʒ determinet̄. ¶ Sed illud aliq̄ nō te Cōtra con
nētes arguunt ſic. Medium ſapit naturā ex clōem.
tremoꝝ. Sed angelus eſt quoddā medium 1
inter naturam corporeā ꝛ inter deū. Cuʒ ergo
natura corporea ſit tm̄ in vno loco. deus autē
i omī loco. quia vbiqʒ eſt. angelus ſimul erit
in pluribus locis. ¶ P. vnū corpus poteſt eē 2
in diuerſis locis ſimul. ergo ꝛ vnus ſpūs. Cō
ſequētia pʒ. ꝓbat̄ añcedēs. q2 nō magis repu
gnāt eidē corpi ſimul duo reſpectus extrinſe
ci q̄ʒ duo reſpectus intriſeci. Sʒ duo intrinſe
ci ſil' ɔueniūt eidē corpi. q2 idē corpus ſm eā
dem albedinē eſt pluribus albis ſimile. ꝛ ſimt̄
fundat plures ſimilitudines q̄ dicunt reſpe
ctus intrinſecos. ergo ſimul poterit hr̄e plu
res ſitus. cū ſitus dicat quendā reſpectū extri
ſecū. ¶ P. illud añcedēs ꝓbāt ſaltē de poſſibi 3
li. q2 ſicut ſe habent plura corpa ad vnum lo
cum. ſic ſe habet vnum corpus ad plura loca
Sed virtute diuina duo corpora poſſunt eē
in vno loco. ſicut apparet cum corpus glori
ficatum trāſit aliud corpus. g̃ ꝛc. ¶ P. quic 4
quid deus pōt mediāte cauſa ſcda pōt ſine ea.
ſed mediāte ɔuerſione panis i ſacramēto alta
ris corpus xpi virtute diuia ē in pluribus al
taribus. ergo ꝛ ſine tali cōuerſione eadem vir
tute poterit idem corpus eē in diuerſis locis.
Maior ē nota. maxime ſi illa cā ſcda non ſit
cā intrinſeca. ſicut ē i ꝓpoſito. Minor etiam
pʒ ex fide. ¶ Iſte due vltime ꝓbationes nō
ſunt ad ꝓpoſitū. q2 ɔclo pñs ē d naturali v̄tu
te ꝛ nō de abſoluta potētia dei. ¶ Utrū autem
corpus vl' angelus poſſit ſimul eē in diuerſis
locis ꝛ ꝑ quē modū h̄ ſit poſſibile. hoc intēdo
tractare inferius li. iiij. diſt. x. ¶ Ad pmū igit̄ Solutio
dōm ꝙ angelus tenet mediū nō q̄ ad plurali Ad 1
tatē locoꝝ. ſed q̄tum ad modum eēndi in lo
co. quia deus nec circumſcriptiue nec diffini
tiue eſt i loco. ſed corpus deſcriptiue et diffini
tiue eſt in loco. angelus tanq̄ʒ medium tenēs
eſt diffinitiue in loco. nō autē circumſcptiue.
¶ Ad ſcdm nego añcedēs. Ad ꝓbatōʒ pmā Ad 2
dico ꝙ nō eſt ſimile. q2 cum ſimilitudo dicat

puꝝ reſpectū ſtāte eodē fundamēto multipli/
catis ſolū termīs multiplicanť ſilitudines. ſi
tus aūt nō dicit puꝝ reſpectū. nā oīa ſex ꝑnci
pia dicūt rē abſolutā. q̃uis illā dicāt cū ꝯno
Ad ⁊ etꝫ. tatōe reſpectus ſiue ſub reſpectu. ¶ Scōaꝫ ⁊
terciā ꝓbatiōnē ꝯcedo. eo ꝙ nō arguant ꝺe na
tura rei ſed ꝺe potētia ꝺei. ¶ Qui tū eēt oppo/
ſite opinionis ille diceret ad ſcōam ꝓbatōem
ꝙ nō eſt ſimile. q: virtute diuina ſine ꝯtradi
ctione poteſt tolli a dimenſionibꝫ corꝑis eaꝝ
effectus extrinſecus qui ē reſiſtere alijs dimē
ſionibus. rōne cuiꝰ reſiſtētie vnū corpus nō
compatiť alteꝝ in eodē ſitu. Sed vnū ⁊ ideꝫ
corpus eodē modo .ſ. localiter circūſcriptiue
eē hic ⁊ alibi implicaret ꝯtradictionē. q: eſſet
hic ⁊ nō eēt hic. Nā quod hoc loco circūſcri/
biť. alibi nō poteſt circumſcribi. ¶ Ad terci/
am ꝓbatiōnē diceret ꝙ ꝺeus nec mediāte cō/
uerſione nec ſine ꝯuerſione corpus ſuuꝫ facit
eē ſimul ī diuerſis locis circūſcriptiue ſᷓm eaſ
Cōclō 3 ꝺem dimēſiōes. ergo ⁊c. ¶ Tercio dico ꝙ an
1 gelus moueť localiter. Quia oē qđ mutat lo
cū moueť localiter. ſed angelꝰ mutat locuꝫ. vt
2 pꝫ ꝑ Dama. li. ij. c. iij. ¶ P. aīa ſepata moueť
localiter. ḡ ⁊ angelus. Cōſequētia pꝫ. nā cuꝫ
angelus ſit ꝑfectū ſuppoſitū. nō apparet qua
re ſibi magis repugnet moueri q̃ꝫ anime que
nō habet rationē ꝑfecti ſuppoſiti q̃ꝫdiu ſepa/
ta eſt a corꝑe. Anñcedēs patet. Nā articulus
fidei dicit animā chriſti ꝺeſcēdiſſe ad inferos
Inſtantia ¶ Sed forte diceť. ꝙ ſi angelus moueť. tūc
1 habet materiā ꝑtem ſui. ꝯñtia pꝫ. ij. metaph.
vbi dꝛ ꝙ in omī re mota optet imaginari ma
2 teriā. ¶ Itē ſi moueť tūc habebit ꝑtē ⁊ ꝑtē. q:
vi. phiſicoꝝ ꝓbať. ꝙ omē qđ moueť ꝑtim ē in
Solutio termino a q̃. ⁊ ꝑtim ī termīo ad quē. ¶ R. ꝙ
iſti duo textus Ariſť. ꝺebēt intelligi ꝺe eo qđ
ſic moueť qđ ſe ſpacio ſuꝑ q̃ moueť ꝯmēſurat
nō aūt ꝺe alijs ¶ Sꝫ vtꝝ angelꝰ moueť ī tꝑe
Opi. egi. vel ī inſtāti ſatis difficile ē videre. ¶ Seq̄n
ꝙ angelus do tū dicta doctoris nr̄i opoꝛꝫ nos dicere ꝙ
mouetur ī motus angeli fiat ī tꝑe. Quia ī quacūq̄ꝫ acti/
tꝑe. one ē ſucceſſio illa aliquo mō tēꝑe menſurať.
ſed tā ī actōibꝫ immanētibꝫ q̃ꝫ ī actōibꝫ trāſe
untibꝫ ipſius angeli ē ſucceſſio. Angelus .n.
nō ſimul intelligit q̄cūq̄ꝫ intelligit. nec ſimul
informať ſuus intellectus pluribꝫ ſpeciebus
⁊ ideo licet angelus nō intelligat cū diſcurſu.
eſt tamē quedā ſucceſſio in ſuis intellectōibꝫ.
Et ſicut ꝑ cognitiōes. ſic etiam ꝑ affectiones
mutať. Unde penes hmōi actōes Aug. viij.
ſuꝑ Gen. ad lrām dicit angelū moueri ꝑ tē/
poꝛa. Et ſilr̄ in actionibus angeli tranſeūtibꝫ

eſt ſucceſſio. q: nō ſimul oꝑatur in omīa cor/
poꝛa circa q̄ poteſt oꝑari. Et vt patuit in p̄ce/
ꝺentibus ex hoc ꝙ oꝑať circa aliquod corpus
diciť eē in loco. ergo ex ſucceſſione taliū opera
tionū ipſe diciť moueri localiter. vt pꝫ ꝑ Am
broſium ⁊ Bedā in lrā iſtius diſtinctionis.
¶ Aduertendū tamē ꝓpter aliq̄ dicta Aug.
ꝙ oīs ſucceſſio reduciť ad mēſurā tꝑalē. ⁊ q̄a
in motu angeli immediate attēdiť aliqua ſuc
ceſſio puta ſucceſſio oꝑationū. ⁊ mediāte illa
rum oꝑationū ſucceſſione attēdiť variatio ſi/
ue ſucceſſio localis. ⁊ ideo motus ille magis
ꝓprie diciť motus ꝑ tꝑa q̃ꝫ ꝑ loca. Inde for/
te motus Aug. viij. ſuꝑ Gen. ad lrām negat
ſimplr̄ ſpūalem creaturaꝫ moueri ꝑ loca. aſſe
rēs eam mutari ꝑ tꝑa. ¶ Sed ꝯtrariuꝫ iſtiꝰ Opi. ꝙ ī i/
tenētes dicūt angelū moueri ī inſtāti. Quia ſtāti moue
maioris ꝟtutis ē ſubſtātia ſpūalis q̃ꝫ res cor/ tur angelꝰ.
poꝛalis. ſed ſol mlťiplicat radios ſuos ab ori
ente in occidēs ī inſtāti. vt pꝫ. ij. ꝺe aīa. ergo
⁊c. ¶ P. ſi moueť in tēꝑe. tūc eque velociter 2
moueť corpus ⁊ angelus. falſitas ꝯñtis pꝫ.
q: ſꝑ ſubā ſpūalis vigoroſioꝛ eſt corꝑali. ꝓba
tur ꝯñtia. q: ꝺeus pōt facere corpus quod ī
grauitate vľ leuitate tm̄ excedit illud corpus
quod moueť in tꝑe cū angelo quātū tꝑs men
ſurās motū corꝑis excedit tꝑs mēſurans mo
tuꝫ ipſius angeli. ⁊ ꝑ ꝯñs illud corpus a ꝺeo
factū moueť eodē tꝑe eque velociter cū ange/
lo. ¶ P. aīa intellectiua moueť ī inſtāti. ḡ ⁊ 3
angelus. ꝯñtia pꝫ. anñcedēs ꝓbať. nā ī illa du
ratōe q̄ corrumpiť ⁊ moꝛiť hō nō manet aīa ī
corꝑe. alˢ ſimul moꝛereť ⁊ viueret. ſed corru/
ptio homīs ē ī inſtāti. ḡ ī inſtāti moueť extra
corpus. ¶ Sed ꝯtra illā opinionē arguiť a Cōtra opi
quibuſdā ſic. Illud quod agit ī inſtāti non nionē.
ꝑus agit ī vna ꝑte q̃ꝫ in alia. ſed angelus non 1
poteſt ſic agere quin ꝑrius agat in vna par/
te q̃ꝫ in alia. ergo ⁊c. ¶ P. omnis mutatio 2
indiuiſibilis eſt terminus alicuius moueri.
vt diciť. v. phiſicoꝝ. ḡ nc̄cē ē ꝙ angelus pri/
us habeat veꝝ motū q̄ tꝑe mēſurať q̃ꝫ muta/
tū eē. ¶ P. ſicut ſe habet pūctus ad lineā. ſic 3
inſtās ad tꝑs. ergo ꝑmutatim ſicut ſe hꝫ pū
ctus ad inſtās ſic linea ad tꝑs. ſed pūctꝰ non
pōt ab aliqua creatura ꝑtrāſiri ī minoꝛi q̃ꝫ in
inſtāti. ḡ a nulla creatura pōt ꝑtrāſiri lineā ī
minoꝛi q̃ꝫ ī tꝑe. ¶ P. angelus nec moueť dū 4
eſt ī termino a quo. q: nōdum ē motus īcho
atus. nec dū ē ī termino ad quē. q: tūc ceſſauit
motus. ⁊ ꝑ ꝯñs oꝑtet ꝙ moueať ī medio. igiť
ſi in eodē inſtāti eēt ī ipſo medio ⁊ in ipſo ter/
mino ad quē. tunc angelus ſimul mouereť ⁊

5 quieſceret. quod eſt ꝯtradictio. ꝗ ꝛc. ¶ P. aīa
ſepata nō moueť ī inſtāti. ergo nec angelus.
ꝯſequētia patet. quia nō maioris velocitatis
eſt angelus ꝙ̄ aīa ſepata. ꝓbať añcedēs. qꝛ ſi
aīa ſepata moueretť ī inſtāti. tūc minoris ꝟtu
tis eēt in corpe glorificato ꝙ̄ ſine tali corpore
cum ī tali corpe nō poſſit moueri in inſtāti.
6 ¶ P. ſi angelus moueretť ī inſtāti. tūc de⁹ nō
poſſet tota virtute ſua angelū velocius moue
re ꝙ̄ ipſe angelus moueat ſeipm̄. cū nulla mē
ſura breuioꝛ ſit inſtāti. ſed falſitas ꝯſequētis
patꝫ. qꝛ idēꝫ mobile velocius moueť virtute
7 infinita ꝙ̄ virtute finita. ¶ P. ſi angelus mo
ueretť ī inſtāti. tūc ſimul eēt ī duobus loc̄. q̇a
ſimul eēt ī medio et ī termio. ¶ Sed licꝫ ꝯclu
ſio ſit vera. ratōes tn̄ ille ꝙ̄uis ſint magne ap
Solutio parētie. tn̄ nō ꝯcludūt. ¶ Ad primū igiť di/
Ad 1 cēdū. ꝙ ꝙ̄uis agēs creatū ꝑus natura agat ī
vnā ptem ꝙ̄ ī aliam. nō tn̄ oportet ꝙ ꝑus du/
Ad 2 ratōe agat ī vnā ptem ꝙ̄ ī aliā. ¶ Ad ſcd̄ꝫ di
cēdū ꝙ illa ꝓpoſitio Ariſto. apud fideles nō
ē vera vlr̄. Nā ī ꝑmo inſtāti quo ſol fuit crea
tus potuit illumiare. ꝛ tn̄ illā mutatōem illu
minatōis nō ꝑceſſit aliq̇d moueri. ¶ Ad ter
Ad 3 ciū dd̄ꝫ ꝙ ꝓportio ꝯmutata nō tenet niſi fiat
penes aliq̇d intraneū. Vn̄ qꝛ eē de genere per/
manētiū ē de natura pūcti. ſicut eſſe de genere
fluētiū ē de natura intranea ipſius inſtātis. ꝗ
ſi ī minori ꝓportiōis ꝯmutate diceretť. ſed ſic
ſe habet pūctus ad inſtās ꝙ pūctus ē quid ꝑ
manēs. ꝛ inſtās ē q̇d fluēs. bn̄ ꝯcluderetť. ꝗ li/
nea eſt quid ꝑmanēs. ꝛ tempus ē quid fluēs.
ſed ꝑtrāſitio pūcti vel linee eſt quid extrinſe/
cū ab eis. ideo nihil ꝯcluditur. Vn̄ ſicut nō
ſequiť. pūctus nō poteſt bis ſignari ī eodē in
ſtāti. ꝗ linea nō pōt bis ſignari in eodem tpe.
qꝛ talis compatio eſt ad extrinſeca. ſic ī ꝓpoſi
Ad 4 to ꝛc. ¶ Ad quartū poſſet dici ꝙ angelus in
ꝑmo ſigno vel inſtāti cū ē ī termio ad quem.
nō ꝓprie diciť quieſcere. ſed diciť mutat⁹ eſſe.
ꝛ ideo nō ſequiť ꝙ ſimul moueať et q̇eſcat. ꝙ̄/
uis bn̄ ſequať ꝙ ſimul moueť et mutatus eſt.
ꝛ illud eſt ꝯmune om̄ibꝫ inſtātaneis. puta ꝙ
ſimul moueńť ꝛ mutata ſūt. Aer em̄ ſimul il/
Ad 5 luminať ꝛ illumiatus eſt. ¶ Ad q̇ntū pōt ne
gari ꝯn̄tia. qꝛ virtus aīe naturalr̄ loq̇ndo eſt
minoꝛ ꝙ̄ ꝟtus angeli. Dato etiā ꝙ aīa ſepata
moueretť ī inſtāti diceret aduerſari⁹ ꝙ nō ē in/
conueniēs ꝙ iūcta corpi ꝙ̄uiſcūꝙ̄ glorificato
moueať ī tpe. qꝛ ꝯiūcta corpi naturalr̄ ſequiť
leges corpis. nec hoc cedit ad impfectōꝫ aīe.
cuꝫ vt ſic ſit ſibi naturale ꝙ moueť ī tpe. dum
Ad 6 ſcꝫ eſt ꝯiūcta corpi. ¶ Ad ſextū aduerſarius

negaret ꝯn̄tiaꝫ. qꝛ in eodē inſtāti ipſe diceret
eſſe plura ſigna. et ī breuiori ꝙ̄ ī inſtāti poſſet
deus mouere angelū puta ī vno ſigno. ¶ Poſ
ſet etiam dici ꝙ eodē modo poſſet argui ꝙ de/
us nō poſſet citius aereꝫ illuminare ꝙ̄ ſol. cū
ſol illuminet eū ī inſtanti. Et iō oportet nos
dicere ꝙ deus nūꝙ̄ agit toto ſuo impetu actū
ſuū. Natura igiť q̄ agit toto ſuo impetu actū
ſuum ꝙ̄uis q̄nꝙ̄ principiet in miīa durati/
one. ꝛ ꝙ̄uis hmōi natura attingat equalitatē
velocitatis qua deus eūdem effectū principia
ret. multis tamē infinitis alijs modis natu
ra poteſt deficere a virtute diuīa reſpectu eiuſ/
Ad 7 dem effectus. ¶ Ad ſeptimū diceret aduerſa
rius ꝙ ꝙ̄uis impoſſibile ſit aliq̇d eē ſimul in
duobus locis māſiue ꝛ ꝑmanēter. tn̄ nō ē im
poſſibile idē eē ī duobus loc̄ trāſitiue ſiue in
ſtabiliter ꝛ trāſitorie. ¶ Ad ea tn̄ q̄ ſunt idu Solutio
cta ꝯ doctorē ipſemet rn̄det hac diſtinctōne. coꝝ q̄ ſunt
¶ Ad primū dicit ꝙ nō ē ſil̄e. qꝛ lux nō mo/ ꝯ Egidiū.
ueť ꝑ aerē. ſed ſūt ī aere ꝯtinue generatōes lu Ad 1
cis. q̄ quidē cū inſtātanee ſint. licet vna aliaꝫ
ꝑcedat ordine cāſalitatis ꝛ origīs. ſil̄r tn̄ inducū
tur ī eodē inſtāti. Cū igiť eadē virt⁹ angeli ap
pliceť ad totū ſpaciū. eadeꝫ aūt ſpēs lucis nō
trāſit totū ſpaciū. ideo q̄ſi in nullo ē ad ꝓpoſi
tū. ¶ Ad ſcd̄m negať ꝯn̄tia. Nā tpˢ menſu/ Ad 2
rās motū angeli ē alterius rōis a tpe mēſurā/
te motū corpis. ꝛ ideo nō ſunt ad inuicē ꝯpa
bilia. nec ꝑ abbreuiatōem vnius ad equalita
tē alteri⁹ poterim⁹ ꝑuenire. ¶ Ad terciū dd̄m Ad 3
ꝙ ſepatio aīe vt ē quedā corruptio nō ē mot⁹
ꝓprie ſed mutatio. ꝛ idō ī inſtanti poterit mē
ſurari. Si aūt poſt mortē hōis maneret aīa
ī corpe nō vt forma corpis ſꝫ vt motoꝛ. q̇d do
ctoꝛ nr̄ valde reputat poſſibile. ꝛ poſtea ſepa/
reť vt motoꝛ ſepať a mobili. idē eēt iudiciū de
aīa ꝛ de angelo. qꝛ vt ſic ipſa aīa vero motu a
corpe ſepareť. ita ꝙ eēt ſignare vltimū inſtās
quo eēt ī tali corpe. ꝛ primū quo eēt extra tale
corpus. ꝛ ꝑ ꝯn̄s motus eius tpe cōcepto īfra
illa duo inſtātia mēſurareť.

Et per hoc etiaꝫ ap Artic̄ls 3
paret q̇d ſit tenēdū de tercio principali.

Quantuꝫ ad quar Artic̄ls 4
tū ꝑncipale. vtꝝ natura vl̄is ſit ī loco. dd̄m ꝙ
ſicut natura vl̄is nō generať ꝑ ſe. ſed generať
ad generatōem alteri⁹. puta ad generatōꝫ pti
culariū. vt ait auctoꝛ. vi. ꝑncipioꝝ. ſic etiā nō
moueť ꝑ ſe. ſed ſi ſibi ꝯpetit aliq̇d moueri. hoc

Ad pnci/ pale argu mentum. ſolūmodo ſibi competit ad motū alteri⁹. ſ. ad motū pticulariū. ¶ Ad pncipale argumēt ptʒ. ¶ Ad illud in ꝯtrariū dicendū ꝙ nulla ſuba ſpūalis eſt i loco circūſcriptiue. ⁊ ſic intelligit Boetius.

¶ Diſtinctio triceſimaoctaua ⁊ triceſimanona.

# Nunc ad pro

poſitū ⁊c. Hic mgr̃ facit cōpatiōnē ſcie dei ad res ſcitas. ⁊ econūſo. Et diuidit̃ i duas ptes. Nā pmo mgr̃ inquirit vtr ſcia dei ſit cauſa rer. Scdo vtrum ſcia dei mutet̃ ex mutatōne rer. diſtin. xxxix. ibi. Preterea queri ſolet. Prima i duas. Nā primo mouet queſtionē ⁊ ponit eius ſolutionē. Secūdo ex illa ſolutōe mouet aliā incidentē dubitationē. ibi. Ad hoc autē quod ſupra dictū eſt. Prima in duas. Nā pmo mouet pdictā queſtionē ⁊ pcedit circa eā opinatiue ad vtrāqʒ partē arguēdo. Secūdo determinatiue veritatē aſſerēdo. ibi. Hanc que videtur repugnantiaʒ. ¶ Nūc ſequit̃ illa pars. Preterea queri ſolet ⁊c. que eſt principiū diſtinctionis. xxxix. Et diuidit̃ i tres ptes. Nā primo magiſter pponit queſtionē. Secūdo interponit ſuam reſponſionē. Tercio opponit quorundā obiectionē. Secunda ibi. Ad quod dicimus. Tercia ibi. Hic opponitur. Et hec in duas ſm ꝙ cōtra duo dicta adducit inſtantias ſeu obiectiones. Secūda ibi. Si vero. Prima in tres. Nam primo magiſter tangit hmōi obiectionē. Secūdo reſpōdet ſm pprиam intentionē. Tercio reſpondet ſm aliorum opinionē. Secunda ibi. Ad qđ dicimus. Pōt quidē deus. Tercia ibi. Item a quibuſdā ⁊c. ¶ Sequit̃ illa pars. Si vero quod ⁊c. Ubi pmo ex dictis btī Hieronymi ꝯ quedā pdicta adducit inſtantiā. Secundo hmōi dicta exponit iuxta rectam intelligētiam. ibi. Ex tali itaqʒ. ¶ Circa iſtas diſtinctiones quero.

Utrũ ſcia dei ſit cā rer ad extra pductar. ¶ Et videt̃ ꝙ nō. qꝛ mutabilis effect⁹ pcedit a mutabili cā. ſʒ oīs creatura ē mutabil̃ ⁊ vanitati ſubiecta. ſcia vero dei nō ē mutabil̃. g̃ nō poterit eē cā mutabilium creaturar. Maior patʒ. qꝛ effectus ⁊ cā hn̄t anologiā ⁊ pportionē ad inuicē. vt patet ŭ. phiſicorū. Minor de ſe nota ē. ¶ Contra. Auer. xij. meth. ait. ꝙ ſcia nr̃a cauſat̃ a reb. ſʒ ſcia dei ē cā rer. ¶ Hic pmo videndum ē de eo qđ q̃rit̃. ¶ Scdo vtr de⁹ cognoſcat futura cōtingētia. ⁊ hoc q̃tū ad illā diſt. xxxviij. ¶ Tercio vtr deus poſſit ſcire infinita. ¶ Quarto vtr dei puidentia ſe extendat ad omnia. et h̄ q̃tum ad diſt. xxxix.

# Quātuʒ ad primū

Articl's 1

vtr ſcia dei ſit cā rer ad extra pductar. ponā duas ꝯcluſiones ¶ Prima ē ꝙ ſcia dei eſt cā rer. ¶ Secūda ꝙ ſm noſtr modū intelligēdi nō ē immediata cā rer. ¶ Primū pbo ſic. Cōclo 1
Artificis ſcia eſt cā eor que ab artifice ordiate ⁊ ſciētifice pducunt̃. ſed deus ē artifex oīm. 1
iuxta illud Sap. vij. omniū ē eñ artifex oēʒ habēs virtutē. oīa pſpiciēs. ⁊ oīa ordinate a deo pducunt̃. vt patebit i li. ij. ergo ſcia dei eſt cauſa rer omniū. ¶ P. omne quod eſt realiter ⁊ formaliter idē quod creatrix eētia. hoc 2
eſt cauſa rerū. ſed ſciētia dei eſt hmōi. quia vt ſupius ſepius eſt pbatū. attributa diuīa nec realiter nec formaliter differūt a diuina eſſentia. g̃ ⁊c. ¶ Cōcluſionē ſcđam pbo ſic. Illud Cōclo 2
qđ eſt tm̄ cā ſine qua nō ipſar rer pductarū 1
ſm nr̃m modū intelligēdi nō eſt p ſe ⁊ imediata cā ipſar rer. Sed ſicut dicit mgr̃ in lr̃a. pſcia dei eſt cā rerum ſine qua nō ſi ſcientiaʒ 2
tm̄ ad noticiā referamus ¶ P. ſm idē genus cauſe nō pn̄t vnius effectus eſſe plures cauſe p ſe ⁊ eque primo ſeu immediate. ſed voluntas dei ē pma ⁊ immediata cā oīm. g̃ nō ſcia. Maior ptʒ. Minorē ponit btūs Aug̃. iij. de tri. ca. iiij. vbi ait. Diuina voluntas ē ſumma cā oīm. ⁊ nihil hic agitur viſibiliter ⁊ ſenſibiliter quod nō de interiori ⁊ inuiſibili ac intelligibili aula ſummi impatoris aut iubeat̃ aut permittat̃. ¶ Et illa eſt etiā intētio doctoris nr̄i q̄ ait. ꝙ qꝛ in volēdo eſt q̄dā mot⁹ anie Egidius
ad res. in ſciendo aūt ecōuerſo eſt quidā motus rerum ad aīam. Ideo ſcia ſm ꝙ ſcia non poteſt eſſe immediata cauſa rer. eo ꝙ ſciens p ſciam ſuaʒ reſpicit ſcita ſm ꝙ ſunt in ipſo. ſed volens p voluntatē ſuam poteſt eſſe immediata cauſa rerum. qꝛ p voluntatē ſuam tendit ad res ſm ꝙ habent eſſe in ſeipſis ¶ Sed cōtra illud arguunt quidā ſic. Actōe immanēte nihil pōt extra ꝯſtitui. ſed velle ē actio immanēs. ⁊ ſil̃r ſcire. g̃ nec volūtas nec ſcia dei p prie eſt cā rer. ſed ipſa potētia dei vt dicūt eſt Cōtra egi. 1
cauſa rer. ¶ P. illud cui⁹ act⁹ tranſit in alter pōt eē immediata cā ei⁹ vel rō pducēdi ipm. potētia eſt hmōi. quia. v. metaphicc. dicit̃. ꝙ 2

3 potētia ē traſmutatiua alteri⁹ ſm ꝙ alter. ¶ P
eūdē ordinē obſeruāt aliq̄ ſm nr̄m modū in
telligēdi inter ſe vbi differūt ſola ratione. quē
obſeruāt realiter ī his ī quibꝯ differūt realiter
ſed in nobis nec ſcia nec voluntas elicit actio
nē immediate qua aliq̄d ꝓducit. ſ; tm̄modo
4 ad hoc ſufficit potētia executiua. ergo ꝛc. ¶ P
poſita cauſa ſufficiēti ꝛ nō impedita immedi
ate ſequit effectus. ſed volūtas dei fuit ab eter
no. ergo creature ꝓducte fuiſſent ab eterno.
Solutio ¶ Sed illa nō concludūt. Quia deus habu
it ab eterno potentiā producendi creaturā. at
tn̄ ſolummō tunc ꝓduxit qn̄ eterna ſua volū
Ad 1 tas creaturam voluit eſſe productā. ¶ Ad p̄
mū igit dicendū ꝙ nō negamus diuinā potē
tiam. ſed dicimus ꝙ voluntas eſt pſe et p̄ma
cauſa oim̄ productoꝝ ad extra. cū potētia dei
nihil ꝓſequat ad extra niſi ſm bn̄placitum ꝛ
Ad 2 imperiū ſue volūtatis. ¶ Ad ſecundū pz co
Ad 3 dem mō. ¶ Ad terciū dicēdū ꝙ q̄uis potētia
ī nobis īmediate eliciat actū ꝓductiuū. tn̄ q̄
ſ artificiatis hoc nō facit niſi ad impium vo
luntatis. ideo ꝓductio talis p̄ncipaliter attri
buit volūtati. Iuxta qđ dr̄. vi. meth. Princi
piū artificiatoꝝ eſt volūtas. Et alibi. Artifi
ciatū ꝛ volitum ſunt idē. Sic ī ꝓpoſito ꝛc.
Ad 4 ¶ Ad q̄rtū dōm ꝙ talis forma arguēdi non
magis ꝯcludit de volūtate ꝯ nos q̄ȝ de poten
tia ꝯ te. q̄ nō minus dei potētia ē eterna q̄ȝ dei
volūtas. Ad argumentū tn̄ dōm ꝙ dei volū
tas fuit ab eterno vt eſſet creatura in tempe. ꝛ
ideo q̄uis volūtas ſit eterna. creatura tamen
fuit tpaliter ꝓducta.

Articl's 2

## Quantū ad ſecun

dum articulū. vtrum deus cognoſcat futura
Cōcl'o contingētia. Dico primo ꝙ deus certa ſciētia
1 cognouit futura ꝯtingentia ab eterno. Quia
ſi nō. tunc nūc deus aut haberet rerū aliquarū
ignorantiā poſtq̄ȝ producte ſunt. aut aliquid
ſue ſciētie p euentuȝ rerum in eſſe accreuiſſet.
Cōſequētia manifeſta eſt. vtrūq̄ȝ etiā conſe
2 quēs apparet impoſſibile ¶ P. illud deus ab
eterno cognouit cui⁹ ab eterno potuit eē cau
ſa. ſed vniuſcuiuſq̄ȝ ꝯtingentis ab eterno po
3 tuit eſſe cā. ergo ꝛc. ¶ P. ſi nō. hoc eēt p tāto.
q̄ coꝝ eſſe poſſet impediri. ſed hoc nō obſtat
Nā cū deus omnia illa impedictia cognoſcat
ab eterno. ideo de certo nouit vtrū talia futu
Cōcl'o 2 ra eueniāt vel nō eueniant. ¶ Secūdo dico
ꝙ p p̄dictā certitudinē diuine ſcie nō tollitur
ꝯtingentia a rebus ꝯtingētibꝯ. Nā cū ſciētia
dei nō ſit cā rerū niſi mediāte volūtate. vt pa
tuit ī. i. articl'o. volūtas aūt dei nō vult neceio
q̄cūq̄ȝ ſcit ſed libere. ꝛ pōt ea nō velle. loq̄ndo
de his q̄ ſūt extra ipm̄. g̃ ſcia dei vt eſt cauſa cū
determinet ad effectū mediāte libera volūta
te nō imponit aliquā necitatem his q̄ futura
ſunt niſi ex ꝯditōne. puta ſuppoſito ꝙ de⁹ ve
lit ea ſic vel ſic euenire.

## Quantū ad terci

Di. xxxix. Articl's 3

um articulū. vtꝝ deus poſſit ſcire infinita. di
ſtingui pōt. Quia vel q̄rit đ infinito diſcreto
vl' ꝯtinuo. Prio mō ſatis cōiter ꝯcedit ꝙ de⁹
cogſcit īfinita ꝛ ab eterno cog̃uit ¶ Qđ pbat 1
ſic. De⁹ ab eterno cog̃uit oīa q̄ actu fuerūt in
eo. Sed vt ait ꝯmē. xij. meth. oēs ꝓportiōes
ꝛ forme q̄ ī potētia ſūt ī p̄ma materia ſūt actu
ī p̄mo motore. cū igit materia ſit ī potētia ad
īfinitas formas ſaltē in ūero. g̃ ꝛc. ¶ P. q̄cūq̄ȝ 2
pfecte cognoſcit aliquā virtutē. pfecte cogno
ſcit oīa ad q̄ hmōi virtus ſe pōt extēdere. ſ; de
us ſuā v̄tutē pfecte cognoſcit q̄ ſe extēdere po
teſt ad infinita. g̃ ꝛc. ¶ P. ad idē facit auctas 3
b. Aug. quā adduxi diſt. xxxv. ꝯcl'oe. iiij. ī ſo
lutōe q̄ntē rōis. ¶ Sȝ ꝯtrū iſtius quidā do Petrus de
ctor tenēs arguit ſic. Qđ nō eſt nec eē poteſt aluernia.
hoc deus non cognoſcit. infinitū diſcretuȝ eſt
hmōi. Si em̄ poſſent eſſe diſcreta infinita. il
la ꝯſtituerent ꝯtinuū infinitū magnitudine.
quod impoſſibile eſt eſſe. q̄ cū virtus ſequat
magnitudinē. ſequeret ꝙ pter diuinā virtutē
eēt virtus īfinita. ¶ Itē forma ſbalis illi⁹ ma 2
gnitudis eēt infinita ſm pfectōȝ. ¶ Sȝ illđ Cōtra Pe
nō infringit p̄dictā ꝯcl'oem. nec al'r optet rn̄ trum.
dere q̄ȝ rn̄ſum ē ſupius diſ. xxxv. ¶ Pōt tn̄ ne
gari minor. Ad pbatōeȝ dico ꝙ diſcreta pn̄t
eē īfinita q̄ tn̄ nō eēnt ꝯtinua. ſic ſūt angeli et
aīe. ¶ Etiā infinita ꝯtinua poſſēt a deo ꝓdu
ci ſucceſſiue. q̄ q̄uis ſm aliquos repugnet ſil'
eſſe. nō tn̄ repugnat q̄n ſimul a deo poſſēt co
gnoſci. Nā repugnātia quā habēt ad ſil' eēn
dū nō eſt ex dei ignorantia vel impotētia. ſed
ſoluȝ ex pte effectus eſt hmōi repugnātia. vt
ipſimet dicunt. De continuo aūt infinito di
cit doctor noſter et multi alij ꝙ cū nō habeat
ideam in deo ſm ſe a deo nō poteſt intelligi.
Quid tamē ego de hoc ſentiam ad pn̄s nolo
diſcutere. ſed dn̄o ꝯcedente diſcutiā ī ſecūdo
diſtin. prima.

## Quantū ad quar

Articl's 4

tum principale. vtrum dei ꝓuidentia ſe extē

dat ad oīa. Dicēdū ꝙ q̄uis humana ꝓuidē
tia nō ſe extēdat ad oīa. q2 ꝯſiliū. ꝛ ꝑ ꝯñs ꝓui
dentia alicuius nō extēdit ſe niſi ad ea que ꝑ
cū pñt vel ꝓmoueri vel impediri. multa vero
ſunt que ꝑ hominē vt homo eſt nec pñt impe
1 diri nec promoueri. diuina tamē prouidētia
ad omnia ſe extendit. cū nihil ſit tam diffici/
le quin diuino ꝯſilio poſſit ꝓmoueri. et nihil
tam contingēs vel etiā neceſſariū quin eodez
2 cōſilio poſſit impediri. ¶ P. mala ſubſunt di
uine ꝓuidentie. ergo omia alia. Cōſequentia
patet. q2 cū nullum agēs aſpiciēs ad malum
agat quod agit. vt dicit. iiij. de diui. nomi. ſi
aliquid deberet ſubterfugere diuinā ꝓuiden/
tiaz ꝛ ordinationē. hoc maxime eſſet ipm ma
lum. Añcedēs patet ꝑ Boetiū. iiij. d ꝯſo. vbi
ait. Modus diuinus eſt ꝙ ad bonū dirigēs
cūcta diſponat. Nam ſi a reprobis nihil cau
ſa mali gerit. licet in agendo errent. multo mi
nus ordo ille de cardine ſummi boni profici/
ens a ſuo deflectit exordio. Et Auguſt. in en/
chyridion. ca. vij. ait. ꝙ malū bn̄ ordinatū et
ſuo loco poſitū cōmendat bona vt magis pla
ceant. Et ſubdit ꝙ deus omnipotēs nō ſine/
ret mali aliquid eſſe in ope ſuo. niſi a deo eſſet
omnipotens ꝛ bonus vt bene faceret et de ma/
lo. ¶ Ad argumentū principale dicendū. ꝙ
q̄uis ſcientia dei ſit immutabilis. tamē quia
eſt cauſa reꝝ mediante voluntate diuina q̄ re
ſpectu omniū creabiliū totaliter eſt libera etiā
libertate ꝯtradictiōis. ideo mutabilis poteſt
eſſe effectus. q2 talis erit qualis cū deus vult
eſſe. ꝛ tūc eſt qn̄ eum diuina voluntas eſſe de
terminauit.

Ad argu/ mētū ꝓnci pale.

¶ Diſtinctio quadrageſima.

PRedeſtinatō
ꝝ ꝛc. Iſta eſt diſtinctio. xl. q̄
ſic ꝯtinuat p̄cedentibꝫ. Poſtq̄
determinatuz eſt de ſcientia dei ſm ſe ac etiam
compatiue reſpectu oīm creaturaꝝ generalit.
hic determinat de eadem ſcīa reſpectu intelle/
alis creature ſpecialiter. Determinat em̄ de p/
deſtinatione que eſt quaſi quedā ſpēs diuine
ſcīe qua ſpālīter reſpicit deus creaturā ordina
bilē in eternā beatitudinē. hec aūt ſola eſt crea
tura rōnalis ac intellectual. Diuidit autē hᵉ
ps in ptes duas. Nā p̄mo mgr̄ tractat de p̄de
ſtinationis ꝛ reprobatōis certitudine. Secū
do de eaꝝ p̄uia cauſalitate ſeu aptitudine. di
ſtinctione. xli. ibi. Si autē querimꝰ meritū.

Prima in duas. Nā primo tractat de effectu
p̄deſtinatōis. Secūdo de effectu reprobatio
nis. ibi. Cūq3 p̄deſtinatio. Pr̄a ī duas. Nā
p̄mo agit de p̄deſtinatōis quidditate. Secū
do de ſui effectus infallibilitate. ibi. Predeſti
natoꝝ nullus videt. Et hec diuidit ī q̄ttuor
ptes Nā p̄mo inquiſitiue ꝓcedēdo arguit ꝓ
effectus p̄deſtinatōis certitudie. et ꝯtra eius
certitudinē. Scd̄o ponit p̄dictoꝝ determiati
onē. Tercio addit quorundā obiectōem. Et
q̄rto cū ſui excuſatione ſubiūgit ſolutōz. Se
cūda ibi. Quibꝫ rn̄demus. Tercia ibi. Verū
tamē adhuc. Quarta ibi. In huiꝰ q̄ōnis ſolu
tione. ¶ Sequit illa ps. Cūq3 p̄deſtinatio.
Et diuidit ī duas ptes ſm ꝙ duplex videt ef
fectus reprobatōis. ſ. poſitiuꝰ ꝛ ꝑuatiuꝰ. Pri
mo ḡ determinat de reprobatōis effectu poſi/
tiuo qui ē pene eterne ꝑparatio. Secundo de
eius effectu priuatiuo qui eſt gratie et glorie
denegatio. ibi. Et ſicut p̄deſtinatōnis. ¶ Cir
ca iſtā. xl. diſtinctōem quero hāc queſtionē.

VTrū poſſibile ſit p̄deſtinatū ad ſalu
tē finaliter nō ſaluari. ¶ Et videt ꝙ
ſic. q2 deꝰ pōt p̄deſtinatuz damnare.
ḡ poſſibile eſt p̄deſtinatū nō ſaluari. ꝯñtia pa
tet. ꝓbo añcedēs. q2 quicq̄d deꝰ potuit ab eter
no hoc pōt omi tpe. nā ex ſucceſſu tpis nō di
minuit diuina potēcia. Sz nūc p̄deſtinatuz
petꝝ vel paulꝫ deus ab eterno potuit repro/
bare. ḡ ꝛ nūc ¶ Cōtra. Anſel. de ꝯcordia p̄de
ſtinatōis ꝛ gr̄e ait. Preſcita ꝛ p̄deſtinata de
necītate futura ſunt. Sz qd̄ ē necc̄e īpoſſibile
ē nō eē. vt pz. ij. peri hermenias. ḡ ꝛc. ¶ Dic
q̄ttuor ſūt vidēda. Nā q2 reprobatō ꝛ p̄deſti
natio oppoſito mō ſe hn̄t. ꝛ oppoſita iuxta ſe
poſita magꝭ eluceſcūt. ideo p̄mo vidēdū ē q̄d
ſit reprobatio. ¶ Scd̄o quid ſit p̄deſtinatio
¶ Tercio vtꝝ p̄deſtinatꝰ poſſit dānari. ¶ Et
q̄rto vtꝝ reprobatus poſſit ſaluari.

Artic̄s

Quātuz ad primū
articulū. quid ſit reprobatio. eſt aduertendū.
ꝙ reprobatio tria videt implicare. ſ. p̄cogniti
onē culpe. ſubtractionē gratie. et ꝑparationez
pene. Deus em̄ ab eterno p̄cognouit culpam
illius quē reprobat. ꝛ ꝓpter hoc ipm gratia fi
naliter priuat. ꝛ penā eternaz ei ꝑparat. Quo
ad primū ipſa reprobatio nihil videt addere
ſup ſimplicem p̄cognitionē diuine p̄ſcientie.
Quo ad ſecundū nō addit aliquid poſitiue.
ſed ſolū priuatiue. Quo ad terciū addit ali
quid poſitiue ¶ Ex his pōt ipſa reprobatio

ſic deſcribi. Reprobatio eſt eterna p̄cognitio mali vſus liberi arbitrij. rōne cui⁹ de⁹ decreuit aliquē hoīem ī p̄nti vita p̄uare grā. ⁊ ī futura punire eterna pena.

Articl'o 2 **Quantū ad ſecundum** articulū. quid ſit p̄deſtinatio. eſt aduertendū ꝙ p̄deſtinatio dupliciter pōt cōſiderari. Uno mō generaliter ꝓut pōt competere ratiōali ac etiam intellectuali creature reſpectu quorūcunqꝫ bñficiorum a deo collatoꝝ. Alio modo ſpecialiter reſpectu hominū in eternā beatitudinē dirigēdoꝝ. Primo mō deſcribit btūs Aug. p̄deſtinationē in libro de fi. ad petrum ſic dicēs. Predeſtinatio eſt gratuite donationis p̄paratio. Scdō modo ait idē Augu. in li. de p̄deſtinatōe ſanctoꝝ. Predeſtinatio eſt deſtinatio alicui⁹ in finē. Uel ſic. Predeſtinatio ē p̄paratio gratie ī p̄nti ⁊ glorie ī futuro. ¶ Sūt etiā multe alie deſcp̄tiones p̄deſtinationis date p̄ apl'os ⁊ alios diuerſos doctores. quas ad p̄ns gratia breuitatis obmitto. ¶ Eſt etiā aduertendū ꝙ deſtinare duo videt̄ ſignificare. Nam deſtinare idē eſt qd̄ proponere. Juxta qd̄ ait apl's. ij. Coꝝ. ix. Unuſqſqꝫ ꝓut deſtiauit ī corde ſuo ⁊c̄. Et. ij. mach. v. dr̄ Eleazar⁹ deſtinauit nō admittere illicita. Scdō deſtiare idē ē qd̄ mittere. Juxta qd̄ dr̄. lr̄a deſtinata id ē miſſa. Et vtroqꝫ mō ſatis ē ad ꝓpoſitū. Nā iuxta primū modū de⁹ dr̄ ab eterno ipos electos p̄deſtinare. q2 ab eterno reſpectu eoꝝ hūit ꝓpoſitū miſerēdi. Et ſcdō mō deus dr̄ electos ꝓprie predeſtinare eo ꝙ videt̄ eos mittere ⁊ dirigere p̄ hoc mediū qd̄ ē grā ī hūc finē q̄ ē btitudo ⁊ gl'ia. ¶ Et p̄ h̄ etiā pꝫ dr̄ia inter p̄ſciam damnatoꝝ. ⁊ p̄deſtinatōꝫ electoꝝ. Nā p̄ſcia dicit ſimplicē dei noticiam quā h̄ꝫ de damnādis. ⁊ ſi cū noticia aliq̄ mō implicat diuinū ꝓpoſitū. h̄ nō ē ſm ꝙ de⁹ proponit agere. ſꝫ poti⁹ ſm ꝙ de⁹ ꝓponit ab actu ceſſare. Sed p̄deſtinatio nō dicit ſimplicē noticiā. q2 īplicat ſiue includit diuinū ꝓpoſitū cū ſui efficacia ad miſerēdū ⁊ glorificandū. Et iō licet mali nō damnent̄ ex hoc ꝙ de⁹ eos impellat ī culpā ſeu ad culpā. tn̄ nulli boni ſaluant̄ niſi deus mediāte ſua grā eos dirigat. ⁊ mittat ſeu impellat ad gloriā.

Articl'o 3 **Quantū ad terciū** articulū. vtrum p̄deſtinatus poſſit damnari. Primo dicā quid mihi videt̄ eē tenendū. Secūdo inducā aliquas difficultates ī ꝯtrariū. ¶ Circa primū ponā duas ꝯcl'ones. ¶ Prima ē ꝙ p̄deſtinat⁹ q̄ꝫtū ē de ſe damnari pōt. Quia oīs q̄ pōt ꝯmittere culpā ille pōt incidere penā hmōi culpe debitam. ⁊ p̄ hmōi culpa paratā ⁊ ordinatā a iuſto iudice. ſed p̄deſtinat⁹ anq̄ꝫ ꝯſequat̄ effectū p̄deſtinatiōis. puta dū eſt ī via pōt ꝯmittere hmōi culpā. ğ ⁊c̄. Maior pꝫ de ſe. Minor ē ꝓbo. q2 hō p̄ liberū arbitriū nondū in grā ꝯfirmatū pōt peccare mortaliter. mortali autē pctō ē eterna dānatio debita ⁊ ab ipſo deo ordinata ſeu p̄parata. vt patet in multis locis ſacre ſcp̄ture. ğ ⁊c̄. Concl'o 1 Ratio

¶ Scdā ꝯcluſio ē. ꝙ q̄ꝫuis p̄deſtinat⁹ modo p̄dicto poſſit damnari. tn̄ de facto nūq̄ꝫ damnabit̄. Quia oppoſitū diuini ꝓpoſiti finalit̄ nō ꝯtinget. ſed ꝓpoſitū dei ē vt p̄deſtinat⁹ finaliter ſaluet̄. ğ p̄deſtinat⁹ finaliter nō damnabit̄. Maior pꝫ. q2 diuinū ꝓpoſitū eſt immutabile. eo ꝙ immobil' ſit de⁹ p̄ ſe ⁊ p̄ accidēs ⁊ ab intra. vt patet. xij. metaph. ⁊ apud deū nō eſt trāſmutatio. nec viciſſitudis obumbratio. vt dicit̄ Jaco. i. Minor etiā pꝫ ex p̄cedētibꝫ. Concl'o 2 Ratio

¶ Forte dicet̄ ꝙ illa ſimul ſtare ē impoſſibile. q2 ꝯtradictoria eidē ſil' ꝯuenire nō pñt. ſed neceſſariū ⁊ nō neceſſariū ſunt ꝯdictoria. Et ſm p̄mā ꝯcluſiōꝫ p̄deſtinat⁹ nō ſaluabit̄ nccio. q2 quod pōt nō ſaluari hoc nō ſaluat̄ nccio. ⁊ iuxta ſcdam ꝯcluſionē p̄deſtinat⁹ neceſſario ſaluat̄. q2 qd̄ non pōt damnari nccio ſaluabit̄. Inſtantia ꝯ ābas cō cluſiones.

¶ Cōtra p̄mā ꝯcluſionē pōt argui ſic. Deus ab eterno ſciuit petꝝ eē ſaluandū. ğ petr⁹ de nccitate ſaluabit̄. Añcedēs pꝫ. ꝓbatio ꝯñtie. q2 aut petr⁹ pōt nō ſaluari aut non pōt nō ſaluari. Si dat̄ p̄mū. tunc ſcia dei fuit incerta ⁊ mutabilis ⁊ fallibilis. Si dat̄ ſecūdū tūc habet̄ ꝓpoſitū. q2 non poſſibile non eē eq̄pollet ei quod eſt neceſſe eē. vt pꝫ. ij. peri hermenias. Inſtantie ꝯ p̄mā cō cluſionē. 1

¶ P̄. cā neceſſaria ⁊ nō mutabilis arguit effectū nccīū et immutabilē. ſꝫ ſiue ſcia dei ſiue volūtas dei ſit cā ſalutis ipſius predeſtinati. patet ꝙ hmōi cā nō ē mutabilis. ergo ⁊c̄. Maior pꝫ ꝓpter anologiā q̄ ē inter cām ⁊ effectū. q2 vt dicit̄. ij. phicoꝝ. ſi cā ē vl'is. ⁊ effectus eſt vniuerſalis. ⁊ ſi cā eſt p̄ticularis. ⁊ effectus ē p̄ticularis. ⁊ ſi cā in fieri effectus in fieri. ⁊ ſi cā in facto eē ⁊ effectus ī facto eē. et p̄ ꝯſequēs ſi cā eſt neceſſaria effectus eſt neceſſarius. Mior etiā patet. q2 nec ſciētia dei mutabilis eē pōt nec voluntas. 2

¶ P̄. ſicut patet p̄ regulam phi in. i. prioꝝ. Maiori ꝓpoſitione exiſtēte de neceſſario. ⁊ minori de ineſſe. tūc ſequit̄ cōcluſio de neceſſario. ſed omne a deo 3

p̄ſcitū neceſſe eſt futuꝝ eē. p̄deſtinatū autē ſal
uari eſt p̄ſcitum a deo. ergo neceſſe eſt eum ſal
4 uari. ¶ P. prius q̄ꝫ Petrus eſſet beatus. illa
ꝓpoſitio fuit vera. Petrus p̄deſtinatus ſal/
uabit. ergo neceſſe fuit petrū ſaluari. Antece/
dens patet. Probat̄ ꝯ̄ntia. q2 impoſſibile ē ſi/
gnificatū vere ꝓpoſitōis nō poni. dato eñ ꝙ
nō ponat̄. tūc vera ꝓpoſitio eſſet falſa. quod ē
impoſſibile ꝛ ꝯ̄dictionē implicās. Tenet etiā
illa ꝯ̄ſequētia p regulā libri prioꝝ. q2 ad oppo
5 ſitū ꝯ̄ntis ſequit̄ oppoſitū añcedētꝭ ¶ P. cau
ſa efficax que impediri nō poteſt immutabili
ter inducit ſuuꝫ effectū. ſed p̄deſtinatio ē cau
ſa efficax que impediri nō poteſt. Maior pa
tet. Probo minorē. Quia ſm Aug. p̄deſtina
tio eſt ꝓpoſitū diuine volūtatis. ſed diuina vo
6 luntas eſt omīpotēs. ¶ P. ſi p̄deſtinatus poſ
ſet damnari. tūc nō eſſet certus numerus pre
deſtiatoꝝ ſeu electoꝝ. cuiꝰ oppoſitū aſſerit. b.
Aug. in quadā orōne. dicēs. Soli deo cogni
tus ē numerus ī ſupna felicitate collocādus.
Et ī libro de correctōne ꝛ grā ait. Certus ē nu
7 merus electoꝝ ¶ P. Boe. v. de ꝯ̄ſo. dicit. Si
aliter q̄ꝫ p̄uiſe ſunt res p̄uiſe fieri p̄nt. iaꝫ non
erit firma dei p̄ſcia. Sed planū eſt ꝙ p̄ſciētia
8 dei eſt immutabilis ꝛ firma. ergo ꝛc. ¶ P. anſ
el. in libro de ꝯcordia p̄deſtinationis ꝛ gratie
ait. Ea que p̄ſcit deus neceſſe eſt eſſe vētura.
Antiquo/ ¶ Propter hm̄oi rationes viſum eſt aliqui/
rū opinio. bus antiquis ꝙ immutabilitas diuine p̄ſciē/
tie nequaq̄ꝫ ſaluari poſſit ſtante hm̄oi muta/
bilitate future contingentie. ¶ Et ideo ſicut
recitat beatus Auguſ. vi. de ciuitate dei. ca. ix.
Opi. Cice due fuerunt opiniones oppoſite. ¶ Una cy/
ronis. ceronis. qui vt ſaluaret futuroꝝ contingen/
tiam. dixit deum reſpectu futuroꝝ cōtingēti/
Opi. ſtoi/ um nullā habere ſcientiā. ¶ Alia fuit opinio
coꝝ. ſtoicoꝝ econuerſo. qui vt ſaluarēt diuinā pre
ſcientiam negauerūt omnē ad vtrumlibet cō
tingentiā dicentes omnia ſub fato fieri ex ne
Motiua ceſſitate. ¶ Motiua prime opīonis poterāt
ciceronis eē illa. De nō ente non eſt ſcientia. vt patet. i.
1 poſterioꝝ. ſed futuruꝫ contingēs nō eſt ens.
Omne eñ quod eſt ens tale de quo poteſt eē
ſciētia. vel eſt determinatū in ſe vel ī ſuis cau/
ſis. ſed contingēs nō eſt aliquid ī ſe. q2 quod
futurum eſt nōdum eſt. nec in ſuis p̄ncipijs
ſeu cauſis. quia hm̄oi principia ſunt ad vtrū
libet. ꝛ nō magis determinata ad principian
dum hm̄oi futura q̄ꝫ ad nō principiandū.
2 ¶ P. quod nullā habet veritatē de illo nō p̄t
eſſe ſcīa. futuꝝ ꝯtingēs nullā habet veritateꝫ.
Maior patet. Minorē ꝓbo. q2 vt dicit̄. ij. me

taph. vnūquodq̄ꝫ ſicut ſe hꝫ ad entitatē. ſic ſe
habet ad veritatē. ſed ſicut iā patuit futuruꝫ
ꝯtingēs nullā habet entitatem. ergo ꝛc. ¶ P. 3
ſciētia eſt impoſſibiliū aliter ſe habere. vt dicit̄
i. poſterioꝝ. ꝛ. vi. ethicoꝝ. ſed om̄e ꝯtingens
cum nō ſit neceſſariū p̄ōt aliter ſe habere. alſ
eñ nō eēt ꝯtingēs. ¶ P. ſcīa ē habitꝰ determi 4
nate veꝝ dicēs. vt dicit̄. vi. ethicoꝝ. ſed futu/
roꝝ ꝯtingētiuꝫ nō ē determiata v̄itas. vt dr̄. i.
peri hermenias. ¶ P. ſi futuꝝ ꝯtingēs eēt p̄/ 5
ſcitū. tunc periret om̄e ꝯ̄ſiliū ꝛ negociatio. qa
de eo qd̄ eſt impoſſibile aliter ſe hr̄e nō oportꝫ
negociari ſeu ꝯ̄ſiliari. vt pꝫ. i. peri hermenias.
Sed qd̄ a deo p̄ſcitū ē ens futuꝝ h̄ nō p̄t ali/
ter ſe hr̄e ſeu nō p̄ōt nō euenire. ḡ ꝛc. ¶ P. i. 6
ethicoꝝ dicit̄. ꝙ diſciplinati hoīs eſt tm̄ certi
tudinis inq̄rere ī vnoquoq̄ꝫ q̄ntū natura rei
patit̄ ī ſe certitudinē. ſed natura futuroꝝ ꝯtin
gētiū nō hꝫ ī ſe aliquā certitudinē. cū ſint to/
talr̄ indetermiata. ḡ ꝛc. ¶ Opīonis ſtoicorū Motiua
motiua poterāt eē illa. Nō ē maior īmutabi/ ſtoicorū.
litas ſcīe q̄ꝫ ſcibilis ſeu q̄ꝫ eiꝰ qd̄ ſcit̄ p ſcientiā. 1
ſed ſcīa q̄ deus cognoſcit oīa ē penitꝰ immuta/
bilis. ergo nulla res a deo ſcita p̄ōt ꝯtingēter
ſeu mutabilr̄ euenire. Maior pꝫ. vij. meth.
vbi dicit̄. ꝙ de ſingularibꝫ nō ē ſcīa. nec de ge/
nerabilibꝫ ꝛ corruptibilibꝫ p̄ōt eē ſciētia. eo ꝙ
mutabilia ſūt. Scīa aūt immobilꝭ habitꝰ eſt
Minor etiā pꝫ. q2 cū ſcīa dei ſit idē qd̄ deus.
ſi hm̄oi eēt mutabilis. tūc deꝰ mutaret̄ quod
ē impoſſibile. ¶ P. oīs ſciētia q̄ p̄ōt reſtringi 2
ad plura vel ad pauciora eſt variabilis. Sꝫ
ſi aliqua futura nō euenirēt de neceſſitate. tūc
ſcīa dei poſſet reſtringi ad plura vel pauciora
Maior patet. Probat̄ minor. q2 ſi talia nō
euenirēt de nc̄citate. tūc aliqua que nō eueni/
unt poſſent euenire. ꝛ ſic deus poſſet ſcire ea q̄
non ſcit. ꝛ aliqua que eueniūt poſſent nō eue
nire. ꝛ ſic deus poſſet nō ſcire ea que ſcit. et per
ꝯ̄ſequens ſciētia dei mutaret̄. quia cui poteſt
ineſſe quod nō ineſt. ꝛ p̄ōt nō ineſſe qd̄ ineſt.
hoc nc̄cio videt̄ mutabile ¶ P. i nulla ꝯ̄ntia 3
nc̄cia añcedēte exn̄te immutabili. ꝯ̄ñs p̄ōt eē
mutabile. Sed poſito ꝙ deꝰ ſciat ſortē cras eē
curſuꝝ. tūc illa ꝯ̄ntia ē nc̄cia. Deus ſcit ſorteꝫ
cras curſurū. ḡ ſortes cras curret. ¶ Et añce
dēs ē neceſſariū. q2 cū ſcīa dei naturalr̄ ſibi cō
petat. deus nō p̄ōt nō ſcire qd̄ ſcit. ḡ ſortes ne/
ceſſario cras curret. Et eodē mō p̄t ꝯcludi d̄ q̄
libet alio futuro qd̄ tu ponis eē cōtingēs ¶ Et
ſic pꝫ ꝙ ſm has duas extremas opiniōes in/
cidit in ſcyllā cupiens vitare carybdim. Nos
igit̄ in hoc mari magno et ſpacioſo in q̄ ſunt

reptilia.id eſt dubia.quorum nō eſt numer⁹
vtrunqꝫ illoꝝ ꝑiculū vitātes.ſic affirmare de
bemus reſpectu omniū futuroꝝ dei ꝓſcientiā
vt ex hoc aliquoꝝ futuroꝝ nō negemus ad
vtrūlibet contingentiam. ¶ Ad cuius intel/
lectum eſt aduertendū ꝙ multū eſt diſſi'le de
dei cognitiōe ⁊ humana. Nā actus humane
cognitionis nō ſunt oēs ſimul.vnus eīm ſuc/
cedit alteri. Nam cū noſtrū intelligere ſit cū
ꝯtinuo ⁊ tempe.vt patet.iij.de aīa.ergo ſicut
in tpe eſt ſucceſſio futuri.pñtis ⁊ pteriti.ſic in
cognitione humana eſt expectatio futuroꝝ
apprehēſio pñtiū.⁊ memoria pteritoꝝ. E cō
tra diuina cognitio eſt ſup omne tpus ⁊ ſim
pliciſſima menſurat̄ eternitate.et ꝑ ꝯñs nō ē
ſucceſſiua ſed ſimpliciter ſimul tota.eo ꝙ ſua
ꝓpria menſura puta eternitas ſit intermina/
bilis vite tota ſiml'.⁊ pfecta poſſeſſio ſicut ait
Boeti⁹.v.de ꝯſolatōe. ¶ Propter qđ nr̄a co/
gnitio de futuro contingēti nunqꝫ pōt eē cer/
ta.anqꝫ illud qđ fuit futurū pñtial'r in eſſe po
nat̄ ſm actualem ſuā exiſtentiā. Tale nanqꝫ
futurū non pōt certificare noſtrā cognitōem
ꝑ ſeipſum.eo ꝙ nōdum ſit.nec ꝑ ſuas cauſas
proximas.eo ꝙ ad vtrūlibet indetermiate ſit.
Tamē ipſa noticia diuia de huiuſmodi re fu
tura infallibilis eſſe poteſt. Nā eo ipſo ꝙ act⁹
diuine cognitionis eſt vnus ſimpliciſſimus
⁊ ſimul totus.eque clare cognoſcit de⁹ huiuſ/
modi futurū ſicut pñs ⁊ pteritū. Naꝫ omnia
futura ⁊ ſil'r pterita in ipſa eternitate que ē di
uine cognitionis menſura ſimul tota ſtabili/
ter ⁊ ſine viciſſitudine ſeu ſucceſſione equali/
ter comphendunt̄. ¶ Etiā hec oīa in ſpecu
lo clariſſimo ſancte trinitatis equaliter repre/
ſentātur.nō ſolum qꝫtum ad ſuas quiddita
tes ⁊ eſſentias.verūetiam qꝫtum ad ſuas ꝓpri
as et indiuiduas ſeu actuales exiſtērias.igit̄
eque infallibiliter cognoſcit deus ea que futu
ra ſunt.ſicut cognoſcit pñtia vel pterita ¶ Et
illud pōt ſenſibili exēplo aliqualiter declara/
ri. Dato eīm ꝙ aliqs homo in trib⁹ diſtinctis
tpibus videret tria aīalia aliquē certū paſſū
tranſire.tūc in quolibet diſtincto tempe vide
ret pſentialiter vnū illorū animaliū tranſire.
quia tamē viſiones illius homis diſtinctis
mēſurarent̄ tempibus.ideo trāſitus oīm triū
animaliū ſimul pñtialiter nō videret. Sꝫ ſi
viſio illius homis eſſet vna ſimplex et ſimul
tota omne tempus tranſcēdēs.tūc ſimul om
nes illos tranſitus pſentialiter videret .qꝫuis
illi tranſitus nō eſſent ſimul. Sic quia viſio
dei eſt vnica ſimplex ſimul tota omne tēpus
ſimpl'r tranſcēdens.ideo oīa in qbuſcūqꝫ tpi
bus ꝯtingētia pſentialiter videt. ¶ Et ex his
bn̄ intellectis patet falſitas opinionis Cicero
nis. ¶ Reſtat ſecūdo videre quomō hac ifal
libili dei noticia non tollitur.ſed magis con/
firmat̄ contingentiū futuroꝝ mutabilitas ⁊
contingentia. Et hoc poteſt ſic ꝓbari. Quia
deus in ſua eterna noticia ſic omnia prouidit
eſſe futura ſicut eueniūt. Sed vt ad ſenſū pa
tet quedā entia ꝓcedunt immediate ex cau/
ſis determinatis ⁊ neceſſarijs ſm curſū ꝯmu
nē. Alia aūt ꝓcedūt immediate ex cauſis ide
termiatis ⁊ mutabilib⁹.ergo deus pſciuit ab
eterno illa euenire neceſſario.hec aūt ꝯtingen
ter. ¶ Ex infallibilitate igit̄ diuie noticie nō
hn̄t ſtoici negare rerū aliquaꝝ ad vtrumlibet
ꝯtingentiam.ſed magis habebāt ꝯcludere ꝙ
infallibiliter entia contingētia eueniūt cōtin/
genter. ¶ His phabitis ad ſolutiones argu
mētoꝝ ꝓcedam⁹.dōꝫ Et pmo ad iſtātiā da
taꝫ ꝯ ambas ꝯcluſiones ſimul dico.ꝙ qꝫuis
poſſe damnari ⁊ non poſſe damnari ſibi mu
tuo contradicant ſi ſumant̄ reſpectu eiuſdem
⁊ ſm idem.tamen hominē ex ſua ꝓpria fragi
litate poſſe damnari.qđ ponit̄ i pma ꝯcluſio
ne.⁊ ex dei ꝓpoſito ⁊ voluntate ac bonitate de
facto nō damnari.quod ponit̄ in ſecūda cō/
cluſione.illa nō ꝯdicūt. ¶ Ad pmū ꝯ pmā
ꝯcluſionem adductū cum infert̄.ergo Pe/
trus de neceſſitate ſaluabit̄.diſtinguo de neceſ
ſitate.quia vel intelligit̄ ꝙ hmōi neceſſitas ſe
teneat ex parte ꝯſequentis.vel ex pte ꝯſequē/
tie. Si primo mō.tūc nego ꝯſequentiā.q2 pe
trus ſaluat̄ non coacte ſed libere ⁊ contingen
ter. Si ſecūdo mō.tunc cōcedo ꝯſequētiā.
q2 ꝯtingentia ꝯſequētis ſepius ꝯpatit̄ ſecum
neceſſitatē ꝯñtie. Sicut pꝫ cū dicit̄. Si ſoꝛ/
tes currit ſoꝛtes mouet̄.h anͨedēs ⁊ ꝯñs ſunt
ꝯtingētia.⁊ tñ ipſa ꝯñtia ē necīa.ſic in ꝓpoſi
to ⁊c. ¶ Forte dicet̄ qñcūqꝫ ꝯña ē necīa.tunc
anͨedēte poſito ī eē de necītate ſequit̄ ꝯñs.in
tm̄ ꝙ ꝑ noſtrū ꝯſilium hmōi ꝯñs nec poterit
impediri nec promoueri.q2 ſiue velimus ſiue
nolimus tale ꝯſequēs ad poſitōem hui⁹ anͨ/
cedētis ineuitabil'r ſequit̄. Poſito eīm ꝙ ſoꝛtes
currat ſiue vel' ſiue nolis opoꝛtet ꝙ ſoꝛtes mo
ueat̄. Cū igit̄ ſm ea q̄ dixiſti deus omne con
tingens futuꝝ ab eterno cognouit.ḡ Petrus
ſiue velit ſiue nolit de neceſſitate ſaluus erit.
nec de aliquo futuro contingente debemus cu
rare ſeu conſiliari.eo ꝙ deus ab eterno cogno
uit talia eſſe ventura. ¶ Reſpondeo ꝙ qn̄do
ꝯñtia eſt neceſſaria.⁊ antecedēs ponit̄ in eſſe.

Solutio rōis cōtra ambas cō clōes.

Solutio p.1.ꝯclōe. Ad 1

Inſtantia

Solutio.

tūc virtute cōſequētie inferri pōt ꝯſequēs ſub
illo mō quo ſequit̃ ex illo añcedente. Et q꜠ deꝰ
ab eterno cognouit futura ꝯtingentia ex cau
ſis mutabilibus dependere. que pñt i cauſan
do multipliciter impediri. ideo cognouit ta/
lia ꝯtingēter eſſe vētura. quo antecedente ſic
modificato i eſſe poſito. nō ſequit̃ ꝙ ꝯſequēs
abſolute neceſſario ſit ventuꝝ. ſed ꝙ neceſſa/
rio ꝯtingenter ſit futurū. Unde nō plus vir/
tute illius ꝯſequētie poteſt inferri niſi ꝙ Pe/
trus ſaluabit̃ eo modo quo deus p̄uidit ſeu p̄
ſciuit eum eſſe ſaluandū. ſed deus prouidit pe
trū ſua libera volūtate bene vti gratia ſibi col
lata. et ſuis virtutibus ac meritorijs actibus
vitam eternā libere ꝓmereri. ſequit̃ ergo con/
cluſio que eſt ꝯſequēs ex ſupradicto añceden
te. ſcꝫ ꝙ Petrus ſaluabitur libere ⁊ ꝯtingēter.
⁊ ſic nō perit conſiliū de prudente. ſicut dicit
ipſe ſapiens. immo quantū poſſumus labo/
rare debemus vt ſaluemur. et conſiliari de fu/
turis contingentibus vt cōſequamur ea que
nobis ſunt proficua. ⁊ repellamus ea que no/
Ad 2 bis nocua eſſe vident̃. ¶ Ad ſecūdū dicen/
dum ꝙ maior nō eſt vera niſi loquēdo de cau
ſa ꝓxima ⁊ ꝓportionata. dato eñ ꝙ cauſa vni
uerſalis ⁊ principalis ſit neceſſaria. tamen ſi
cauſa ꝓxima eſt ꝯtingēs effectus nō eſt neceſ
ſarius ſed contingēs. quia magis ſequit̃ effe/
ctus leges ⁊ ꝯditiones cauſe ꝓxime q̄ꝫ remo/
te. q̄uis eñ motus celi et ſtellarū ſit neceſſari
us. tamē quia arboꝝ pullulationē cauſat me
diāte virtute pullulatiua que eſt cauſa cōtin
gēs potēs impediri i ſua cauſatōe. ideo pullu
latio nō eſt effectus neceſſarius. q꜠ ſequit̃ ꝯdi
tionē cauſe ꝑticularis et ꝓxime. q̄ pōt impedi
ri. Silr̄ q̄uis deus ſit puꝝ neceſſe eē. tamē ſi
i lapide cauſaret albedineꝫ imediate ſine omi
alia cauſa efficienter cōcurrente. talis albedo
ſeu dealbatio nō eēt puruꝫ neceſſe eſſe. ſed ens
mutabile et ꝯtingēs. eo ꝙ deus reſpectu nulli
us creature ſit cauſa ꝓportionata. ſed eſt cau
ſa excedēs ⁊ ſimpl'r ſupeminēs. Ad ꝓbatōeꝫ
dicēdū ꝙ phs ibi loquit̃ de cā naturali ⁊ ꝓpoꝛ
tiōata. ⁊ nō de cā ſupeminēti. ſicut ē i ꝓpoſito
Ad 3 ¶ Ad terciū dōm ſicut ad p̄mū dictū eſt. q꜠
oīa a deo p̄ſcitū necē eſt eē venturū eo mō q̄
Ad 4 p̄ſcitū ē a deo eē venturꝫ. ſed ⁊c. ¶ Ad q̄rtum
dōm ꝙ ꝓpoſitōeꝫ eē verā pōt intelligi dupl'r
Uno mō veritate determiata. Alio mō v̄ita/
te indeterminata. Tunc ad ꝯſequētiā dico ꝙ
eo mō quo vera fuit illa ꝓpoſitio. petrꝰ p̄deſti
natus ſaluabit̃. illo mō neceſſe ē petꝝ ſaluari.
ſed illa ꝓpoſitio antēq̄ꝫ petrus eēt beatus erat
vera veritate indetermiata. q꜠ de ſingularibꝫ
⁊ futuris ꝯtingētibus nō eſt determiata veri
tas. vt dicit phus. i. peri hermeniaſ. igit̃ huiꝰ
ꝯñtia non plus ſequit̃ niſi ꝙ petrꝰ necio ſalua
bit̃ ꝯtingēter vt ꝯtingētia ꝯñtis correſ̄deat in
determinatōni ipſiꝰ añcedentis. Ad p̄mā ꝓ/
batōꝫ dico ꝙ eo mō q̄ ꝓpoſitio ē vera illo mō
dꝫ poni ſignificatū ꝓpoſitōnis. puta ſi ē vera
determiate tūc ſignificatū dꝫ poni determina
te. ſi ē vera indetermiate. ſufficit poni ſignifi/
catū ꝯtingēter ⁊ indetermiate. ſicut ē i ꝓpoſi/
to. Ad ſcḋaꝫ ꝓbatōꝫ dōm ꝙ ad oppoſitū illi
us ꝯñtis nō ſequit̃ oppoſitū añtis. q꜠ oppoſi
tū illiꝰ ꝯñtis ē. petrꝰ nō ſaluabit̃ necio. Illa au
tē nō repugnat añcedēti. q꜠ indetermiata v̄i
tas ꝓpoſitōis de futuro poterit bñ ſtare dato
ꝙ ſuū ſignificatū nō ſit necē eē. ¶ Ad q̄ntū di Ad 5
cēdū ꝙ poſito ꝙ illa maioꝛ ſit vera loq̄ndo de
cā q̄ ē cā natural' effectū ſuū ponēs i eſſe mere
naturaliter. tñ nō ē vera loquēdo de cā volun
taria q̄ effectū ſuū libere ponit i eē. ſicut ē in ꝓ/
poſito. ¶ Ad ſextū nego ꝯñtiā. q꜠ q̄uis aliq̄ Ad 6
effectus ſint ꝯtingētes ex eo ꝙ alique cauſe eo
rū ſunt mutabiles ⁊ impedibiles i cauſando.
tñ q̄ noſceret oīa q̄ pñt impedire vel ꝓmouere
hmōi cauſas in taliū effectuū ꝓductōne. ille
cognoſceret vltimatū exitū illiꝰ ꝯtingētie. ⁊ ꝑ
ꝯñs ſibi infallibiliter eēt notus numerus ta
liū effectuū. nō obſtāte ꝙ nō eſſent neceſſarij.
ſed ſimpl'r contingētes. et ſic eſt in ꝓpoſito.
¶ Forte dicet̃ ꝙ illa ſolutio non eſt ad ꝓpoſi Inſtantia
tum. q꜠ p̄deſtinatio que eſt cauſa ſalutis ipſi
us p̄deſtinati. nō eſt cā impedibilis. cuꝫ ipſa
ſit propoſitū dei omipotētis. ¶ Rñdeo ꝙ q̄ꝫ Solutio.
uis p̄ncipalis cauſa humane ſalutis ſit diui
nū propoſitū. cauſa tamē ꝯcurrēs eſt homis
liberꝝ arbitriū. quod eſt cauſa ꝯtingens et im
pedibilis reſpectu bonoꝝ opeꝝ quibus vitam
eternā debemus promereri. Et q꜠ effectꝰ magi
noīat̃ a ꝯditionibꝫ cauſe ꝓxime q̄ꝫ a ꝯditōibꝫ
cauſe p̄ncipal'. iō effectꝰ p̄deſtinatiōis dꝫ dici
ꝯtingēs ⁊ nō neceſſariꝰ. ¶ Ad ſeptimū pꝫ ex Ad 7
p̄dictis. nō eñ aliter eueniūt res q̄ꝫ p̄uiſe ſūt.
Naꝫ neceſſaria ſunt p̄uiſa a deo vt neceſſario
eueniant. ⁊ contingētia vt contingēter eueni
ant. ¶ Ad octauū dicēdū ꝙ Anſel. met dat Ad 8
intellectū illius dicti dicēs. ꝙ veꝝ eſt necita/
te ꝯſequēte. nō aūt necitate añcedente. Et ap
pellat necitatē añcedentē illaꝫ q̄ ex natura rei
prouenit. quā Boe. v. de ꝯſolatōe vocat neci
tatē abſolutaꝫ. Neceſſitatē vero conſequentē
appellat illam que ex vi ſermonis innaſcitur.
quā Boetiꝰ vocat necitatē ꝯditionatā ſeu cō/

ditionalem. ⁊ hãc doctores moderni vocant
Solõ rõ/ neceſſitatẽ ꝯſequẽtie ⁊ nõ ꝯſequẽtis. ¶ Ad p̃
nũ ciceroĩſ mũ inductũ ꝓ errore Ciceronis nego mino/
Ad 1 rẽ. quia ꝯ̃tus nullã habeant entitatẽ expreſ/
ſam ⁊ determinataꝫ in ſe vel in ſuis p̃ncipijs.
ſeu cauſis ꝓximis ⁊ mutabilibus. tamẽ ſupe/
minentẽ habẽt entitatẽ in ſua cauſa exempla
ri. Iuxta quod dicit̃ Joh. i. Qđ factũ ẽ ĩ ipo
vita erat. Et hoc ſufficit ad habendã infalli/
bilem noticiã ſeu ſcientiã futuroꝝ ei qui ade
quate cõphendit hmõi exemplar. ſ. ipſam
diuinam eſſentiaꝫ. que tanq̃ clariſſimuꝫ ſpe/
culũ intellectui diuino qui ipſam cõphen/
dit omnimode et adequate omnia luciđiſſi/
Ad 2 me rep̃ſentat ¶ Ad ſecundũ nego minorẽ. qꝛ
illo modo iã dicto quo futuris contingẽtibꝰ
competit entitas. eodeꝫ modo competit ipſis
veritas ſumma. quia vt ſic indiſtincta ſũt ab
Ad 3 eterna veritate que eſt ipſe deus. ¶ Ad terci/
um dicẽdum ꝙ maior nõ eſt vſq̃quaq̃ vera.
Nam de generabilibus ⁊ corruptibilibus eſt
ſcia. in libro de generatõe ⁊ corruptõe. de ꝯtin
gentibus caſualibus ⁊ fortuitis eſt ſciẽtia. in
ij. phiſicoꝝ. Debet ergo intelligi illa neceſſi/
tas ſeu impoſſibilitas aliter ſe habẽdi nõ ſem
per q̃ꝫtum ad rem ſcitam. ſed q̃ꝫtum ad neceſ/
ſariã ⁊ immutabilẽ rationẽ que circa hmõi rẽ
poterit formari. Dato etiam ꝙ maior eſſet ve
ra de ſcientia noſtra que dependet aliquo mo
do ab ipſo ſcibili. tamen nõ eſt vera de ſciẽtia
diuina que nullo modo depen det ab aliq̃ cre
atura. ¶ Eſt etiam dei ſcientia de ente maxi/
me neceſſario ꝯſiderato obiecto ſuo principa
li in quo omnia ſecũdaria obiecta p̃ſentiali/
Ad 4 ter deus intuet̃. ¶ Ad quartum dicenduꝫ ꝙ
q̃ꝫuis de ſingularibus ⁊ futuris ꝯtingẽtibus
non ſit determinata veritas apud intellectuꝫ
noſtrũ. qui ex ſuo modo cognoſcendi nõ ha
bet de talibus futuris euidentiã certaꝫ donec
ſint p̃ſentia ſm ſuam ꝓpriam actualitateꝫ. ta
men talium futuroꝝ poteſt eſſe determinata
veritas apud intellectũ dei qui eque euidẽter
⁊ clare videt omnia futura ſicut videt ea cum
Ad 5 actualiter ſunt p̃ſentia. ¶ Ad quintuꝫ dicen
dũ eſt ſicut dictum eſt ad inſtantiã ſupius in
Ad 6 ductã contra primã ſolutionẽ. ¶ Ad ſextum
Solõ rõ/ patet ꝑ ea que dicta ſunt ad quartuꝫ. ¶ Ad
nũ ſtoicoꝝ primũ adductum pro errore ſtoicoꝝ dicẽdũ
Ad 1 ꝙ licet illa maior ſit vera de ſcientia noſtra cu
ius certitudo dependet a ſcibili. tamẽ nõ ẽ ve/
ra de ſcientia dei que eſt penitus independens
ab omni creatura. ¶ Poſſet etiaꝫ dici poſito
ꝙ ſit vera de ſcibili quod eſt obiectũ principa
le illius ſciẽtie. tamẽ nõ eſt vera reſpectu cuiuſ
libet obiecti ſecũdarie cogniti in hmõi ſciẽtia
Et tũc nõ plus habet̃ ex virtute illius maio/
ris q̃ꝫ ꝙ ſcientia dei nõ eſt magis immutabi/
lis qꝫ diuina eſſentia que eſt ſuuꝫ obiectũ p̃n
cipale. poteſt tamẽ eſſe immutabilior omĩ cre
atura. cũ nulla creatura ſit obiectũ p̃mariuꝫ
illius ſed tm̃modo ſecundariuꝫ. ¶ Ad ſcđm Ad 2
nego minorẽ. Ad ꝓbationẽ dicẽdũ ꝙ diuine
ſcientie nihil accreſcit ex productione rerum
in eſſe. Sicut em̃ nunc deus ſcit infinita que
ꝓducere poſſet ſi vellet. quorũ tamen nulluꝫ
producet̃. ſic ſi nihil eorum que ſunt ⁊ fuerũt
produxiſſꝫ. nec vnq̃ꝫ producturus eſſet. nihil
minus cognoſceret omnia ⁊ ſingula q̃ꝫ nunc
cognoſcat poſtq̃ꝫ ea ꝓduxit. ¶ Ad terciuꝫ di Ad 3
cendũ ꝙ vt patꝫ ex dictis ſupius nõ plus hic
concludit̃ niſi ꝙ tale futurũ nõ poteſt nõ con
tingenter euenire. ex quo deus ab eterno preſci
uit ipſuꝫ contingẽter eſſe futuꝝ. Propter qđ
ꝑ diuinam p̃ſcientiã nõ tollit̃ contingentia a
rebus. ſicut intendũt dicere ſtoici. ſed magis
confirmat̃.

Quantuꝫ ad quar Artic͛s 4
tum articulum. vtrum reprobatus poſſit ſal
uari. Dico breuiter ꝙ aliquo mõ eſt poſſibile
reprobatũ nõ damnari. ⁊ ꝑ conſequẽs ſalua/
ri. Quia illud quod nõ eſt ſimpliciter neceſ/
ſe eẽ hoc poſſibile eſt nõ eſſe. ſed reprobatum
damnari nõ eſt ſimpliciter neceſſe eẽ. ergo ⁊c̃.
Maior patet. quia nõ neceſſe eſſe ⁊ poſſibile
nõ eſſe conuertunt̃ in ſecũdo ordine modali/
um. vt patet. ij. peri hermenias. Minorẽ pro
bo. qꝛ ſi aliquis neceſſitate abſoluta ⁊ ineuita
bili damnaret̃. tunc eadẽ neceſſitate mortalit̃
peccaret. ſed ꝯſequẽs ẽ falſum. ꝯñtia pꝫ. qꝛ in
fernali pena eterna nullꝰ damnat̃ niſi ꝓ pctõ
mortali. falſitas etiã ꝯñtis ẽ nota. qꝛ ſi neceſſi
tate ĩeuitabili aliquis mortaliter peccaret. tũc
mortale peccatũ nõ eſſet pctm̃. Nam ſm btm̃
aug. in libro enchyridion. peccatũ tantũ eſt
peccatũ quantũ eſt voluntariũ. ⁊ ſi nullo mõ
eſt voluntariũ nullo mõ eſt peccatũ. Sꝫ vbi
eſt ineuitabilis neceſſitas ibi nihil videt̃ eẽ đ
volũtario. ɂ reprobatꝰ aliq̃ mõ poterit ſaluari
¶ Ad argumẽtũ p̃ncipale dđm ꝙ cũ p̃deſti Ad p̃nci/
natio vel ſit ipm̃ diuinũ ꝓpoſitũ. vel nccio in pale argu
cludat diuinũ ꝓpoſitũ. qđ ſimplr̃ ẽ immuta mentum.
bile. ideo p̃deſtinatus ad vitã eternã de potẽ/
tia dei ordinata nunq̃ꝫ damnabit̃ vltiate. Ap
paret igit̃ ꝙ argumentũ nõ ꝯcludit.